REGVLA
ET
TESTAMENTVM
SERAPHICI
P. N. S. FRANCISCI;

Et ſuper eamdem Declarationes Summorum Pontificum

NICOLAI III. & CLEMENTIS V.

Et alia quædam ſeruientia vſui FF. Minorum S. Franciſci Capucinorum.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. XLIV.

Bibliothecæ Capuccinorum Riani

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

8. 31. F. 24

Digitized by Google

REGVLAM TVAM GESTABIS PER OMNE TEMPVS VITÆ TVÆ.

S. Athanaſius lib. de Virginitate.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google



Fiet, ait Chriſtus, ſupplex Franciſce quod oras:
Mater erit Fratrum noſtra Patrona tuûm.

Ioannes Galle excudit.

Digitized by Google

ELOGIA
IN REGVLAM
FRATRVM MINORVM.

S. FRANCISCVS.

POSTQVAM *Dominus dedit mihi de Fratribus, nemo oſtendebat mihi quid deberem facere; ſed ipſe Altiſsimus reuelauit mihi quòd ego deberem viuere ſecundùm formam ſancti Euangelij. Et ego paucis verbis & ſimpliciter feci ſcribi, & Dominus Papa confirmauit mihi.* I.
In Teſtamento §. 7.

NICOLAVS PAPA III.

HI *ſunt illius ſanctæ Regulæ profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo,* II.

fundatorum Eccleſiæ Apoſtolorum eius ſermonibus actibuſque firmatur. In Declarat.

IDEM.

III. Gal. 6, 17. HÆc eſt Regula, cui (atteſtante Paulo) nemo de cetero debet eſſe moleſtus, quam Chriſtus paſſionis ſuæ ſtigmatibus confirmauit; volens inſtitutorem ipſius paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. Ibidem.

CLEMENS PAPA V.

IV. HÆc eſt illa cæleſtis vitæ forma & Regula, quam deſcripſit ille Confeſſor Chriſti eximius S. FRANCISCVS, ac ſeruandam ſuis filiis verbo docuit pariter & exemplo. In Declarat.

S. BONAVENTVRA.

V. BEATVS FRANCISCVS ad Regulæ obſeruantiam Fratres feruenter inducens, dicebat ſe nihil ibi poſuiſſe ſecundùm induſtriam propriam; ſed omnia ſic ſcribi feciſſe, ſicut ſibi fuerant diuinitus reuelata. Quod vt certiùs conſtaret,

ſtaret, teſtimonio Dei, paucis admodum euolutis diebus, impreſſa ſunt ei ſtigmata Domini IESV *digito Dei viui, tamquam Bulla Summi Pontificis* CHRISTI, *ad confirmationem omnimodam Regulæ, & commendationem auctoris.* Cap. 4. Vitæ S. Fran.

S. VINCENTIVS FERRERIVS ORD. PRÆDICATORVM.

SANCTVS FRANCISCVS *fundauit Ordinem Fratrum Minorum; quo fundato fuit ſibi dictum, quòd Regula erat multùm* fortis, nec poſſet ſeruari, quòd temperaret: reſpondit, Ego ſcripſi quod Chriſtus ore ſuo ordinauit: ideò nihil mutabo, quia ſeruus in littera Domini nihil poteſt mutare.* Addit S. Vincentius: *Qui illam Regulam ſeruat ſanctus eſt; & quando moritur poſſet canonizari.* Serm. de S. Franc. VI.

* *rigida & auſtera,*

S. BRIGITTA VIDVA.

CHRISTVS *inquit: Ipſius* FRANCISCI *Regula, quam ipſe incepit,* VII.

 non

non fuit dictata & compoſita ab ipſius humano intellectu & prudentia, ſed à me ſecundùm voluntatem meam: quodlibet enim verbum quod in eâ ſcriptum eſt, à ſpiritu meo ipſi fuit adſpiratum; & poſteà ipſe aliis Regulam illam protulit & porrexit. Lib. 7. Reuelat. cap. 20.

D. MARTINVS NAVARRVS I.V.D.

VIII. A*Deò ſuſpicio & veneror Regulam illam altiſſimam* S. FRANCISCI, *vt obſeruantes illam ad vnguem & mentem auctoris, reputem eſſe quoſdam incruentos Chriſti martyres.*
Tom. 1. comment. 4. de Regul. num. 17.

Digitized by Google

S. P. FRANCISCVS

in Teſtamento ſ. 19.

SEMPER hoc ſcriptum [Teſtamentum] habeant ſecum iuxta Regulam; & in omnibus Capitulis quæ faciunt, quando legunt Regulam , legant & iſta verba.

CONSTITVTIONES

NOSTRÆ *Cap.* 1. § 2.

CVM beati FRANCISCI Regula ſit inſtar ſpeculi puriſſimi , in quo Euangelica relucet perfectio, ſtatuitur, vt omni in

Digitized by Google

Loco ſeu Monaſterio qualibet ſextâ Feriâ diſtinctè cum debita reuerentia & deuotionis affectu Fratribus in menſa prælegatur, vt mentibus noſtris impreſſa meliùs obſeruetur.



Digitized by Google

REGVLA ET TESTAMENTVM SERAPHICI PATRIS NOSTRI S. FRANCISCI.

Bulla Domini Papæ HONORII III. ſuper Regulam Fratrum Minorum.

Edita anno Dom. 1223.

HONORIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Fratri Franciſco, & aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium deſideriis fauorem beneuolum impartiri.

Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris piis precibus inclinati, Ordinis veſtri Regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa Prædeceſſore noſtro approbatam, annotatam præſentibus, auctoritate vobis Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; quæ talis eſt:

IN

Digitized by Google

IN NOMINE DOMINI INCIPIT REGVLA ET VITA FRATRVM MINORVM.

CAPVT. I.

1. REGVLA & vita Minorum Fratrum hæc eſt; ſcilicet Domini noſtri IESV CHRISTI ſanctum Euangelium obſeruare

Tria vota.

2. viuendo { in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

Præceptum formale.

3. Frater Franciſcus promittit obedientiam & reuerentiam D. Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ.

Refertur ad præceptum de obedientia cap. 10.

4. Et alij Fratres teneantur Fratri Franciſco & eius ſucceſſoribus obedire.

CA-

CAPVT II.

De iis qui volunt vitam iſtam accipere: & qualiter recipi debeant.

1. * SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres noſtros, mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales; quibus ſolummodò, & non aliis, recipiendi Fratres licentia concedatur.

** Conditiones nouem Æquipollentes in receptione Nouitiorum, profeſſione, & forma habitus ſeruanda aſteriſco notantur.*

2. * Miniſtri verò diligenter examinent eos de Fide Catholica, & Eccleſiaſticis Sacramentis:

3. * Et ſi hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vſque in finem firmiter obſeruare:

4. * Et vxores non habent; vel ſi habent, & iam Monaſterium intrauerint vxores, vel licentiam eis dederint, auctoritate Diœceſani Epiſcopi voto continentiæ iam emiſſo: & illius ætatis ſint vxores, quòd de eis non poſſit oriri ſuſpicio.

5. * Dicant eis verbum ſancti Euangelij, *quòd vadant & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare*: quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona voluntas. Marth. 19, 21.

6. * Et caueant Fratres, & eorum Miniſtri, ne ſolliciti ſint de rebus ſuis temporalibus,

poralibus, vt liberè faciant de rebus ſuis quidquid Dominus inſpirauerit eis.

7. * Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deum timentes; quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur.

8. * Poſteà concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine capucio, & cingulum, & braccas, & caparonem vſque ad cingulum; niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundùm Deum aliquando videatur.

9. * Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & Regulam obſeruare.

Præceptum formale. 10. Et nullo modo licebit eis de iſta Religione exire iuxta mandatum Domini Papæ: quia, ſecundùm ſanctum Euanlium, *Nemo mittens manum ad aratrum & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.* Luc. 9, 62.

Æquipollens. 11. * Et illi qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum capucio, & aliam ſine capucio qui voluerint habere.

Æquipollens. 12. Et qui neceſſitate coguntur poſſint portare calceamenta.

Æquipollens. 13. Et Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur.

14. Et

14. Et poſſint ea repeciare de ſaccis, & aliis peciis cum benedictione Dei. *Libertas.*

15. Quos moneo & exhortor, ne deſpiciant neque iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimentis & coloratis indutos vti cibis & potibus delicatis: ſed magis vnuſquiſque iudicet & deſpiciat ſemetipſum. *Exhortatio.*

CAPVT III.

De diuino Officio & ieiunio: & quomodo Fratres debeant ire per mundum.

1. CLERICI faciant diuinum Officium ſecundùm ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, *Æquipollens.*

2. Excepto Pſalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria.

3. Laici verò dicant viginti quatuor Pater noſter pro Matutino; pro Laudibus quinque: pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet iſtarum Horarum ſeptem; pro Veſperis autem duodecim, pro Completorio ſeptem: & orent pro defunctis.

4. Et ieiunent à Feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini. *Æquipollens.*

5. Sanctam verò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania vſque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo *Libertas.*

ſancto

ſancto ieiunio conſecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino: & qui nolunt, non ſint adſtricti;

6. Sed aliam vſque ad Reſurrectionem Domini ieiunent.

Refertur ad præcedens 7. Aliis autem temporibus non teneantur niſi ſextâ Feriâ ieiunare.

Æquipollens de ieiunio. 8. Tempore verò manifeſtæ neceſſitatis non teneantur Fratres ieiunio corporali.

Libertas.

Exhortatio. 9. Conſulo verò, moneo & exhortor Fratres meos in Domino IESV CHRISTO, vt quando vadunt per mundum non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent;

Admonitio. 10. Sed ſint mites, pacifici, modeſti, manſueti, & humiles, honeſtè loquentes omnibus ſicut decet.

Æquipollens. 11. Et non debeant equitare, niſi manifeſtâ neceſſitate vel infirmitate cogantur.

Admonitio. *Luc. 10, 5.* 12. In quamcumque domum intrauerint, primùm dicant: *Pax huic domui.* Et ſecundùm ſanctum Euangelium, de omnibus cibis quæ apponuntur eis liceat manducare.

CAPVT IV.

Quòd Fratres non recipiant pecuniam.

1. PRÆCIPIO firmiter Fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam. *Præceptum formale.*

2. Tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis Fratribus induendis, per amicos ſpirituales Miniſtri tantùm & Cuſtodes ſollicitam curam gerant ſecundùm loca & tempora, & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderint expedire: *Æquipollens.*

3. Eo ſemper ſaluo, vt (ſicut dictum eſt) denarios vel pecuniam non recipiant.

CAPVT V.

De modo laborandi.

1. FRATRES illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, *Admonitio.*

2. Ita quod excluſo otio, animæ inimico, ſanctæ orationis ac deuotionis ſpiritum non extinguant; cui debent cetera temporalia deſeruire.

Digitized by Google

Refertur ad præceptum de non recipiendo pecuniam cap. 4. 3. De mercede verò laboris, pro ſe & ſuis Fratribus, corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam:

4. Et hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.

CAPVT VI.

Quòd Fratres nihil ſibi approprient: & de eleëmoſyna petenda: & de Fratribus infirmis.

Præceptum formale. 1. FRATRES nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem:

2. Sed tamquam peregrini & aduenæ in hoc ſæculo in paupertate & humilitate Domino famulantes,

Admonitio. 3. Vadant pro eleëmoſyna confidenter: nec oportet eos verecundari; quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo.

'dmonitio ...bilis. 4. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos Fratres meos heredes & Reges regni cælorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus autem ſublimauit.

5. Hæc ſit portio veſtra quæ perducit in terram viuentium, cui, dilectiſſimi Fratres,

Digitized by Google

tres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Iesv Christi in perpetuum ſub cælo habere velitis.

6. Et vbicumque ſunt & ſe inuenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe; & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuam: quia ſi mater nutrit & diligit filium ſuum carnalem; quantò diligentiùs debet quis diligere & nutrire Fratrem ſuum ſpiritualem? *Admonitio.*

7. Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij Fratres debent ei ſeruire ſicut vellent ſibi ſeruiri. *Æquipollens.*

CAPVT VII.

De pænitentia Fratribus peccantibus imponenda.

1. SI qui Fratrum, inſtigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales, *Habens vim præcepti.*

2. Teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere quàm citiùs poterunt ſine mora.

3. Ipſi verò Miniſtri, ſi Presbyteri ſunt, cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam: ſi verò Presbyteri non ſint, *Admonitio.*

iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, ſicut eis ſecundùm Deum meliùs videbitur expedire.

Exhortatio. 4. Et cauere debent ne iraſcantur & conturbentur propter peccatum alicuius; quia ira & conturbatio in ſe & in aliis impediunt charitatem.

CAPVT VIII.

De electione Generalis Miniſtri huius Fraternitatis, & de Capitulo Pentecoſtes.

Habens vim præcepti. 1. VNIVERSI Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere in Generalem Miniſtrum & ſeruum totius Fraternitatis;

Refertur ad præceptum de obedientia cap. 10. 2. Et ei teneantur firmiter obedire.

3. Quo decedente electio ſucceſſoris fiat à Miniſtris Prouincialibus & Cuſtodibus in Capitulo Pentecoſtes:

Habens vim præcepti. 4. In quo Prouinciales Miniſtri teneantur ſemper inſimul conuenire, vbicumque à Generali Miniſtro fuerit conſtitutum: & hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, ſicut à prædicto Miniſtro fuerit ordinatum.

5. Et

Digitized by Google

5. Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum non eſſe ſufficientem ad ſeruitium & communem vtilitatem Fratrum; teneantur prædicti Fratres (quibus electio data eſt) in nomine Domini alium ſibi eligere in Cuſtodem. *Habens vi, præcepti.*

6. Poſt Capitulum verò Pentecoſtes, Miniſtri & Cuſtodes poſſint ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in ſuis cuſtodiis ſemel Fratres ſuos ad Capitulum conuocare. *Libertas.*

CAPVT IX.

De Prædicatoribus.

1. FRATRES non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. *Æquipollens.*

2. Et nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo ſibi officium prædicationis conceſſum. *Æquipollens.*

3. Moneo quoque & exhortor eoſdem Fratres, vt in prædicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad *Admonitio.*

vtilitatem & ædificationem populi, annuntiando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam cum breuitate Sermonis; quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram.

CAPVT X.

De admonitione & correctione Fratrum.

Admonitio. 1. FRATRES qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum Fratrum, viſitent & moneant Fratres ſuos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & Regulam noſtram.

Admonitio. 2. Fratres verò qui ſunt ſubditi, recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates.

Præceptum formale. 3. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis Miniſtris in omnibus quæ promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ.

Æquipollens. 4. Et vbicumque ſunt Fratres, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros debeant & poſſint recurrere.

Admonitio. 5. Miniſtri verò charitatiuè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, vt dicere poſſint eis,

&

Digitized by Google

& facere ſicut domini ſeruis ſuis: nam ita debet eſſe, quòd Miniſtri ſint ſerui omnium Fratrum.

6. Moneo verò & exhortor in Domino IESV CHRISTO, vt caueant Fratres ab omni ſuperbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & ſolicitudine huius ſæculi, à detractione & murmuratione. *Exhortatio.*

7. Et non curent neſcientes litteras, litteras diſcere; *Exhortatio.*

8. Sed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationem; orare ſemper ad Deum puro corde; & habere humilitatem & patientiam in perſecutione & infirmitate; & diligere, eos, qui nos perſequuntur, reprehendunt & arguunt; quia dicit Dominus: *Diligite inimicos veſtros: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* *Admonitio nobilis.* Matth. 5, 44. Matth. 6, 10. Matth. 10, 22.

CAPVT XI.

Quòd Fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum.

Præceptum formale.

1. PRÆCIPIO firmiter Fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum;

Præceptum formale.

2. Et ne ingrediantur Monaſteria Monacharum, præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis:

Præceptum formale.

3. Nec fiant Compatres virorum vel mulierum, ne hac occaſione inter Fratres vel de Fratribus ſcandalum oriatur.

CAPVT XII.

De euntibus inter Sarracenos & alios infideles.

Libertas.

1. QVICVMQVE Fratrum, diuinâ inſpiratione, voluerint ire inter Saracenos & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris Prouincialibus.

2. Miniſtri verò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis quos viderint eſſe idoneos ad mittendum.

Præceptum formale.

3. Ad hæc per obedientiam iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-

nalibus,

Digitized by Google

nalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis; vt ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in Fide Catholica, paupertatem & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri IESV CHRISTI, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.

Explicit Regula & vita Fratrum Minorum.

SEQVITVR CONFIRMATIO REGVLÆ.

NVlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Laterani tertio Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno octauo.

Explicit confirmatio Regulæ Fratrum Minorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Teſtamentum ſic per 20. §§. diſtinctum habet Laërtius Cherubinus Bullarij Tom. 1. fol. 47.

INCIPIT TESTAMENTVM

(ſeu expoſitio & gloſſa ſpiritualis Regulæ) beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, quòd inſignitus ſacris Stigmatibus, feruore & Spiritu ſancto plenus, prope finem vitæ ſuæ nobis reliquit, vt Regula magis ſincerè magisq́ue Catholicè obſeruetur.

§. 1. *Acceſſus ad religionem.*

DOminus dedit mihi Fratri Franciſco ita incipere facere pœnitentiam: quia cùm eſſem in peccatis, nimiùm mihi videbatur amarum videre leproſos; & ipſe Dominus conduxit me inter illos, & feci miſericordiam cum illis. Et recedente me ab ipſis, id quod mihi videbatur amarum, conuerſum fuit mihi in dulcedinem animæ & corporis. Et poſteà parum ſteti & exiui de ſæculo.

§. 2. *Oratio in Eccleſiis.*

Et Dominus dedit mihi talem fidem in Eccleſiis, vt ita ſimpliciter adorarem & dicerem: Adoramus te ſanctiſſime Domine Iesv Christe hîc, & ad omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo; & benedicimus tibi, quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

§. 3. Et poſteà dedit mihi Dominus, & dat

tantam

Digitized by Google

tantam fidem in Sacerdotibus qui viuunt *Veneratio*
ſecundùm formam ſanctæ Romanæ Ec- *Sacerdotum.*
cleſiæ, propter ordinem ipſorum, quòd ſi facerent mihi perſecutionem, volo recurrere ad ipſos. Etſi haberem tantam ſapientiam quantam Salomon habuit, & inuenirem pauperculos Sacerdotes huius ſæculi in Parochiis in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatem ipſorum. Et ipſos & omnes alios volo timere, amare, & honorare, ſicut meos dominos. Et nolo in ipſis conſiderare peccatum, quia Filium Dei diſcerno in eis; & domini mei ſunt. Et propter hoc facio, quia *Sacerdotes*
nihil video corporaliter in hoc ſæculo de *Miniſtri*
ipſo altiſſimo Filio Dei, niſi ſanctiſſi- *ſunt corporis Chriſti.*
mum corpus eius & ſanguinem ſuum, quod ipſi conſecrant & recipiunt, & ipſi ſoli aliis adminiſtrant.

Et hæc ſanctiſſima Myſteria volo ſuper §. 4.
omnia honorare & venerari, & in locis *Veneratio*
pretioſis collocare: *Sacramentorum.*

Et ſanctiſſima nomina eius, & ver- §. 5.
ba ſcripta vbicumque inuenero in lo- *Veneratio*
cis illicitis volo colligere; & rogo quòd *nominis &*
colligantur, & in loco honeſto collo- *verborum Domini.*
centur.

Et omnes Theologos, & qui miniſtrant §. 6.
nobis ſanctiſſima verba diuina, debemus *Veneratio*
hono- *Theologorũ.*

honorare & venerari, ſicut qui miniſtran: nobis ſpiritum & vitam.

§. 7. *Reuelatio Regulæ.* Et poſtquam Dominus dedit mihi de Fratribus, nemo oſtendebat mihi quid deberem facere, ſed ipſe Altiſſimus reuelauit mihi quod ego deberem ſecundùm formam ſancti Euangelij viuere; & ego paucis verbis & ſimpliciter feci ſcribi.

§. 8. *Confirmatio Papæ. Ad vitam iſtam recipiendi omnia dabant pauperibus.* Et Dominus Papa confirmauit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiendam vitam iſtam, omnia quæ habere poterant dabant pauperibus. Et eramus contenti tunicâ vnâ intus & foris repeciatâ, qui volebant cum cingulo & braccis; & nolebamus plus habere.

§. 9. *Recitatio Officij.* Officium dicebamus nos Clerici ſecundùm alios Clericos; laici dicebant Pater noſter. Et ſatis libenter manebamus in Eccleſiis pauperculis & derelictis: & eramus idiotæ & ſubditi omnibus.

§. 10. *Exercitium laborandi.* Et ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alij Fratres mei firmiter volo quod laborent de laboritio quod pertinet ad honeſtatem; & qui neſciunt addiſcant: non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, ſed propter bonum exemplum, & ad repellendam otioſitatem.

§. 11. Et quando non daretur nobis pretium laboris,

laboris, recurramus ad menſam Domini petendo eleëmoſynam oſtiatim. *Petitio eleëmoſynarum.*

Salutationem hanc reuelauit mihi Dominus, vt diceremus: Dominus det tibi pacem. §. 12. *Salutatio pacis.*

Et caueant ſibi Fratres, vt Eccleſias, & habitacula, & alia omnia quæ pro ipſis conſtruuntur penitus non recipiant, niſi eſſent ſicut decet ſanctam paupertatem, quam in Regula promiſimus obſeruare, ſemper ibi hoſpitantes tamquam peregrini & aduenæ. §. 13. *Humilitas Monaſteriorum.*

Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus vniuerſis, vt vbicumque ſunt, non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana per ſe nec per interpoſitam perſonam, neque pro Eccleſia, neque pro alio loco, neque ſub ſpecie prædicationis, neque pro perſecutione ſuorum corporum; ſed vbicumque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram ad faciendum ibi pœnitentiam cum benedictione Dei. §. 14. *Prohibitio petendi indulta à Sede Apoſtolica.*

Et firmiter volo obedire Miniſtro Generali huius Fraternitatis, & illi Guardiano quem ſibi placuerit mihi dare; & ita volo eſſe captus in manibus ſuis, vt non poſſim ire vel facere vltra obedientiam & voluntatem ſuam, quia dominus meus eſt. §. 15. *Obedientia Miniſtro & Guardianis qualis eſſe debeat.*

Et quamuis ſim ſimplex & infirmus, §. 16.

tamen

Recitatio diuinorum Officiorum ſecundùm Regulam. tamen volo ſemper habere Clericum qui mihi faciat Officium, ſicut in Regula continetur. Et omnes alij Fratres teneantur obedire Guardianis ſuis; & facere Officium ſecundùm Regulam.

§. 17. *Correctio Fratrum.* Et qui inuenti eſſent, qui nollent facere Officium ſecundùm Regulam, & vellent aliquo modo variare, aut non eſſent Catholici, omnes Fratres vbicumque ſunt per obedientiam teneantur, vbicumque inuenerint aliquem ipſorum, proximiori Cuſtodi illius loci, vbi ipſum inuenerint, præſentare. *Hæretici Fratres capiendi.* Et Cuſtos firmiter teneatur per obedientiam ipſum fortiter cuſtodire, ſicut hominem in vinculis, die noctuque; ita quòd non poſſit eripi de manibus ſuis, donec in propria perſona ipſum repræſentet in manibus ſui Miniſtri. Et Miniſter firmiter teneatur per obedientiam ipſum mittere per tales Fratres, qui die noctuque cuſtodiant ipſum, ſicut hominem in vinculis, donec repræſentent eum coram Domino Hoſtienſi, qui eſt Dominus, Protector & Corrector iſtius Fraternitatis.

§. 18. *Teſtamentum non eſt alia Regula.* Et non dicant Fratres: Hæc eſt alia Regula: quia hæc eſt recordatio, admonitio & exhortatio, ac meum Teſtamentum, quod ego Frater Franciſcus paruulus veſter

ſter & ſeruus facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc vt Regulam, quam Domino promiſimus, meliùs Catholicè obſeruemus.

§. 19. *Regula ſemper geſtanda.* Et Generalis Miniſter, & omnes alij Miniſtri & Cuſtodes per obedientiam teneantur in iſtis verbis non addere vel minuere; & ſemper hoc ſcriptum habeant ſecum, iuxta Regulam. Et in omnibus Capitulis quæ faciunt, quando legunt Regulam, legant & iſta verba. Et omnibus Fratribus meis Clericis & Laicis præcipio firmiter per obedientiam, vt non mittant gloſſas in Regulam, nec in iſtis verbis, dicendo: Ita volunt intelligi: ſed ſicut Dominus dedit mihi ſimpliciter & purè dicere & ſcribere Regulam & iſta verba; ita ſimpliciter & purè ſine gloſſa intelligatis, & cum ſancta operatione obſeruetis vſque in finem. *Prohibitio gloſſandi hanc Regulam.*

BENEDICTIO.

§. 20. Aſſurgunt omnes ad benedictionem. Et quiſquis obſeruauerit hæc, in cælo repleatur benedictione altiſſimi Patris cæleſtis, & in terra repleatur benedictione dilecti Filij ſui, cum ſanctiſſimo Spiritu Paraclito, cui eſt honor & gloria nunc & in æternum.

Et

Digitized by Google

Subſcriptio ſancti Franciſci.

Et ego Frater Franciſcus paruulus veſter & ſeruus, quantumcumque poſſum, confirmo vobis intus & foris iſtam ſanctiſſimam benedictionem, quam habeatis cum omnibus virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis nunc & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Explicit Teſtamentum beatiſſimi Patris noſtri Franciſci.

LAVDES REGVLÆ.

BEATVS FRANCISCVS, communem profeſſionem & Regulam ardentiſſime zelans, volebat quòd ſemper apud ſe Fratres haberent Regulam; & qui circa illam erant zelantes, ſingulari benedictione eos benedicebat. Hanc enim ſingulariter ſuis Fratribus dicebat eſſe LIBRVM VITÆ, SPEM SALVTIS, MEDVLLAM EVANGELII, ARRHAM GLORIÆ, STATVM PERFECTIONIS, VIAM SALVATIONIS, SCALAM CÆLI, CLAVEM PARADISI, PACTVM ÆTERNI FOEDERIS. Hanc volebat ab omnibus ſciri, ab omnibus haberi, & vbique in allocutione, & in alleuiatione tædij, & memoria præſtiti iuramenti cum interiori homine confabulari.

Digitized by Google

lari. Docuit eam ſemper cum intentione dirigendæ vitæ portari præ oculis; imò cum ipſa debere mori.

Et hæc ſuis Fratribus dicere ſolebat:

O dilectiſſimi Fratres, & in æternum benedicti filij, audite me, audite vocem patris veſtri. Magna promiſimus: maiora promiſſa ſunt nobis. Seruemus hæc: ſuſpiremus ad illa. Voluptas breuis; pœna æterna. Modica paſſio: gloria infinita. Multorum vocatio, paucorum electio, omnium retributio.

Et contra eos, qui aliquid contra puritatem Regulæ inducunt, & hunc Ordinem (quem præcipuè decorat paupertatis profeſſio) terrenarum rerum puluere maculare præſumunt, & relaxant, maximè qui alios ſuis malis exemplis ſcandalizant, maledictionem Dei, & ſuam terribiliter imprecando, aliquando dicebat: *A te, ſanctiſſime Pater, & à tota cæleſti Curia, & à me pauperculo ſint maledicti, qui ſuo malo exemplo confundunt & deſtruunt, quod per ſanctos Fratres huius Ordinis ædificaſti, & ædificare non ceſſas.*

Et ſalutem animarum feruidâ æmulatione zelans, aiebat ſe repleri odoribus, & quaſi vnguento pretioſo liniri, cùm ſanctorum Fratrum per orbem diſtantium odoriferâ famâ multos audiret ad viam

veritatis induci. Et ex talium auditu, exultabat in ſpiritu, ac benedictionibus omni acceptione digniſſimis Fratres illos accumulans, qui verbo & opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores.

Fratres enim hortans, his verbis vtebatur:

Fratres mei hac horâ nouiſſimâ mundi dati ſunt mundo, vt electi in eis impleant illud, vnde à ſupremo Iudice in illo vltimo iudicio mereantur commendari illis verbis ſuauiſſimis: Quod vni ex his Fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis.

Item ſanctiſſimus Pater filiis aiebat: *Annuntiate hominibus pacem: prædicate pœnitentiam in remiſſionem peccatorum: eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, in beneficiis grati; quia pro his omnibus Regnum vobis præparatur æternum. Quod nobis Dominus concedat. Amen.*

LAVDES TESTAMENTI
BEATISSIMI PATRIS NOSTRI
FRANCISCI.

O TESTAMENTVM PACIS! Teſtamentum nullâ obliuione delendum, nullâ

nullâ dedignatione ſpernendum, nullâ ſuperordinatione mutandum! Teſtamentum, inquam, non morte teſtatoris, ſed immortalis vitæ condonatione confirmatum. Beatus qui non negligit, qui non ſpernit, vel abiicit charitatis incorruptibile Teſtamentum, fertile humilitatis ſcutum, deſiderabilem paupertatis theſaurum, tanti Patris ſibi traditione legatum.

Exhortatio S. P. N. FRANCISCI *ad obſeruantiam Regulæ.*

IN nomine Dei omnipotentis rogo omnes Fratres, vt addiſcant tenorem & ſenſum eorum quæ in iſta vita ad ſalutem animæ noſtræ ſcripta ſunt, & iſta frequenter ad memoriam reducant. Et exoro Deum, vt ipſe, qui eſt omnipotens, trinus & vnus, benedicat omnes docentes, addiſcentes, recordantes, & operantes iſta, quoties repetunt quæ ibi ad ſalutem noſtram ſcripta ſunt. Et deprecor omnes cum oſculo pedum, vt multum diligant, cuſtodiant & reponant; & ex parte Dei omnipotentis, & Domini Papæ, & per obedientiam, ego Franciſcus firmiter præcipio & iniungo, vt ex his quæ in iſta vita ſcripta ſunt nullus minuat, vel in ipſa

vVadd. in Opuſc. ſancti Franciſci Tom. 2. fol. 155.

ſcriptum aliquod deſuper addat, nec aliam Regulam Fratres habeant. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

SVMMARIVM REGVLÆ.

Regula Seraphici P.N.S.FRANCISCI *appoſitè diuiditur in ſeptem partes principales.* I. *In tria vota eſſentialia, quibus iungitur votum* S.P.FRANCISCI, *quo promittit obedientiam Domino Papæ.* II. *In præcepta formalia.* III. *In Æquipollentia.* IV. *In habentia vim præcepti.* V. *In ſalutares exhortationes.* VI. *In ſuaues admonitiones.* VII. *In libertates Regulæ.*

I. *De tribus votis eſſentialibus.*

Viuendo { in obedientia, ſine proprio, in caſtitate.

QVÆ (vt ait S. Bonau.) & ſi omnibus Religioſorum Ordinibus ab Eccleſia approbatis ſint communia; tamen in Ordine FF. Minorum (prout Regula vult) cum arctiori diſciplina ſunt obſeruanda.

His

His tribus votis ſanctus Pater, vt Ordinem ſuum ſolidè ſupra petram fundatum habeat, annectit aliud prætereà votum (ſine tamen alicuius Fundatoris alterius Ordinis exemplo præuio) promittens ceu caput pro toto Ordinis Minorum corpore obedientiam & reuerentiam Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ. Quia etſi totus Clerus (vt notat idem S. Bonauent.) & Religioſorum vniuerſitas teneatur ſimiliter obedire; tamen S. Franciſcus huic debito votum adiicit ſpeciale, ſciens voto ſuperueniente fortificari ſacri Ordinis vinculum, & meritum geminari.

II. *De Præceptis formalibus.*

PRIMVM ſtatus noſtri ſubſtantiale fundamentum (vt ait Hugo in 1. cap. Regulæ) eſt, Euangelica ſeruare conſilia, quæ in Regula ſunt expreſſa; & eo modo & formâ, prout in ipſa poſita ſunt. Vnde aſſertiuè dicendum eſt, nihil eſſe in Regula, quod ſub mortali culpa, virtute voti regularis, obliget profeſſores; niſi quod ſub præceptoriis verbis in ea ponitur, vt, Præcipio, Iniungo per obedientiam; vel ſub verbo habente vim præcepti, vt dicendo, Teneantur; vel ſub verbo inhibitorio,

bitorio, ſeu prohibitorio, vt eſt illud ſexti capitis, Fratres nihil ſibi approprient: vel niſi ſit de illis Æquipollentibus per Clementem V. (in ſua declaratione ſuper Regulam Fratrum Minorum, quæ incipit: *Exiuit de paradiſo*, &c.) ſpecificatis & expreſſis. Quæ omnia hîc pro commoditate Nouitiorum ſubſcribuntur.

Nouem Præcepta formalia.

1. QVÒD totus Ordo tenetur præſtare obedientiam & reuerentiam Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ, cap. 1.

2. Quòd nullo modo liceat Fratribus de iſta Religione exire. cap. 2.

3. Quòd Fratres nullo modo denarios vel pecuniam recipiant. cap. 4.

4. Quòd Fratres nihil ſibi approprient. cap. 6.

5. Quòd Fratres obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare. cap. 10.

6. Quòd Fratres non habeant ſuſpecta conſortia mulierum. cap. 11.

7. Quòd non ingrediantur Monaſteria Monacharum. cap. 11.

8. Quòd non fiant compatres virorum aut mulierum. cap. 11.

9. Quòd

Digitized by Google

9. Quòd Miniſtri petant vnum de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector & Corrector iſtius Fraternitatis. cap. 12.

III. *Aequipollentia ex declaratione Clementis V. obligantia ad mortale ſunt duodecim.*

1. QVÒD Fratres habeant vnam tunicam cum capucio, & aliam ſine capucio, qui voluerint habere. cap. 2.

2. Quòd illi tantùm, qui neceſſitate coguntur, poſſunt portare calceamenta. cap. 2.

3. Quòd vilibus veſtimentis induantur. cap. 2.

4. Quòd Clerici faciant diuinum Officium ſecundùm ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & laici dicant Pater noſter. cap. 3.

5. Quòd Fratres ieiunent à Feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini, ſanctam Quadrageſimam Reſurrectionis, & in ſextis Feriis totius anni. cap. 3.

6. Quòd non equitent, niſi manifeſtâ neceſſitate aut infirmitate cogantur. cap. 3.

7. Quòd Miniſtri & Cuſtodes ſollicitam curam gerant pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis Fratribus induendis. cap.4.

8. Quòd Fratres ſeruiant Fratribus infirmis. cap.6.

9. Quòd Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. cap.9.

10. Quòd nullus Fratrum populo audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit approbatus. cap.9.

11. Quòd vbicumque ſunt Fratres, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, poſſint & debeant ad ſuos Miniſtros recurrere. cap.10.

12. Omnia quæ ponuntur in Regula quoad formam habitus tam Nouitiorum quàm etiam Profeſſorum, & ad modum receptionis ac profeſſionis ſpectantia; in quo multæ conditiones obligatoriæ comprehenduntur. cap.2.

IV. *Ha-*

Digitized by Google

IV. *Habentia vim præcepti, etiam obligantia ad mortale, ex declaratione Pontificum, ſunt quatuor.*

1. QVÒD Fratres teneantur recurrere ad Miniſtros Prouinciales pro caſibus reſeruatis. cap.7.

2. Quòd Fratres habeant vnum de Fratribus iſtius Religionis in Generalem Miniſtrum, &c. cap.8.

3. Quòd Miniſtri & Cuſtodes teneantur inſimul conuenire in Capitulo Generali pro electione ſucceſſoris Generalis Miniſtri. cap.8.

4. Quòd ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium & Cuſtodum, prædictum Miniſtrum non eſſe ſufficientem, debeant eligere alium, &c. cap.8.

HÆC *omnia ſi ſimul iungantur, conſtat quòd vigintiquinque erunt obligatoria Regulæ ſub culpa mortali; nouem ſcilicet præcepta formalia, quatuor habentia vim præcepti, & duodecim Aequipollentia: quæ omnia viginti quinque ſunt. Et licet ſecundùm Declarationes Nicolai III. & Clementis V. ſint vigintiocto; reducuntur tamen ad vigintiquinque: nam reliqua tria habentia vim præcepti includuntur*

duntur in ſupradictis. Id enim quod dicitur in primo capite (quòd Fratres teneantur obedire ſucceſſoribus ſancti Franciſci) & id quod dicitur capite octauo (quòd teneantur obedire Generali Miniſtro) includuntur vtique in illo præcepto capitis decimi: Quòd obediant ſuis Prælatis in omnibus, quæ non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ. Illud autem quod dicitur de ieiunio ſextæ Feriæ, ad Aequipollens reducitur, vbi agitur de ieiunio. Illud verò duodecimi capitis de non eundo inter Saracenos ſine licentia, & non mittendo niſi idoneos, potiùs videtur præceptum Iuris communis (cap. Quàm ſit. *de Iudæis & Saracenis. & cap.* Cùm ex iniuncto. *de hæreticis.) quàm particulare Regulæ noſtræ: & ideò hîc non connumeratur.*

V. Salutares exhortationes docentes à malo declinare ſunt quinque.

1. MONEO & exhortor, ne deſpiciant neque iudicent homines, quos viderint mollibus veſtimentis & coloratis indutos. cap. 2.

2. Quando Fratres vadunt per mundum non litigent neque contendant verbis, nec alios iudicent. cap. 3.

3. Mini-

3. Miniſtri cauere debent ne iraſcantur & conturbentur propter peccatum alicuius. cap.7.

4. Caueant Fratres ab omni ſuperbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & ſollicitudine huius ſæculi, à detractione & murmuratione, cap. 10.

5. Non curent neſcientes litteras diſcere. cap. 10.

VI. *Suaues admonitiones docentes bonum facere ſunt duodecim.*

1. FRATRES quando vadunt per mundum, ſint mites, pacifici, modeſti, manſueti & humiles, honeſtè loquentes omnibus ſicut decet. cap.3.

2. In quamcumque domum intrauerint, primùm dicant, Pax huic domui. cap. 3.

3. Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè. cap.5.

4. Vadant pro eleëmoſyna confidenter; nec oportet eos verecundari. cap.6.

5. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos Fratres meos heredes & Reges regni cælorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſub-

ſublimauit; hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium. Cui, dilectiſſimi Fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri IESV CHRISTI ſub cælo habere velitis.

6. Vbicumque ſunt & ſe inuenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe, &c. cap. 6.

7. Miniſtri Fratribus peccantibus cum miſericordia iniungant pœnitentiam. c. 7.

8. Fratres in prædicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi. cap. 9.

9. Fratres qui ſunt Miniſtri & ſerui aliorum Fratrum viſitent & moneant Fratres ſuos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos. cap. 10.

10. Fratres qui ſunt ſubditi, recordentur quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates ſuas.

11. Miniſtri charitatiuè & benignè recipiant recurrentes ad ſe pro ſpirituali obſeruatione Regulæ. cap. 10.

12. Attendant Fratres, quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini & ſanctam eius operationem, orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatem & patientiam in perſecu-

ſecutione & infirmitate, & diligere eos qui nos reprehendunt & arguunt. cap. 10.

VII. *Libertates Regulæ, quas liberum eſt & integrum cuilibet vel facere vel omittere, ſunt ſex.*

1. FRATRES poſſint repeciare veſtimenta ſua de ſaccis & aliis peciis, cum benedictione Dei. cap. 2.

2. Sanctam Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania vſque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti ſint à Domino; & qui nolunt, non ſint aſtricti. cap. 3.

3. Tempore manifeſtæ neceſſitatis non teneantur Fratres ieiunio corporali. cap. 3.

4. Secundùm ſanctum Euangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare. cap. 3.

5. Poſt Capitulum Pentecoſtes Miniſtri & Cuſtodes poſſint ſinguli, ſi voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in ſuis Cuſtodiis ſemel Fratres ſuos ad Capitulum conuocare. cap. 8.

6. Quicumque Fratrum diuinâ inſpiratione voluerint ire inter Saracenos & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris Prouincialibus, &c. cap. 12.

De

Digitized by Google

De Teſtamento S. P. Francisci.

Testamentvm S. Francisci non obligat nos ſub culpa mortali ad ſui obſeruantiam. Quod & Gregorius IX. & Nicolaus III. expreſsè teſtantur. Ob reuerentiam tamen Seraphici Patris decet nos illud pro virili obſeruare; vt monent noſtræ Conſtitut. cap. 1. §. 4. Nec ad alia conſilia Euangelica tenentur Fratres, quàm quæ (vt dictum eſt) in Regula ponuntur. Eò tamen ampliùs tenentur quàm ceteri Chriſtiani, quò ſtatum perfectionis profitendo, ſeipſos in holocauſtum & ſacrificium medullatum Domino obtulerunt per verum mundanorum omnium contemptum; & conari debent pro viribus (vt monet Nicolaus III. & omnes Doctores) vt ea obſeruent, cùm maximè ſeruiant ad ipſam perfectionem aſſequendam.

Digitized by Google

DE OBSERVANTIA REGVLÆ S. P. N. FRANCISCI AD LITTERAM.

Conſtitutiones noſtræ cap. 1. §. 3.

VT Regula puriùs obſeruetur, iterùm nunc de nouo & deinceps in perpetuum omnibus priuilegiorum & gloſſarum renuntiamus fauoribus, qui eam quoquo modo vel laxant, vel ab eius pura obſeruantia diuellunt, vel à iuſto, pio ac ſancto CHRISTI Domini (qui in Seraphico Patre N. S. FRANCISCO loquebatur) intento deducunt: ac pro vnico eius & viuo commentario Summorum Pontificum, maximè verò Nicolai III. & Clementis V. ſanctæ memoriæ Declarationes ſuſcipimus, ſanctiſſimamque ipſius noſtri ſanctiſſimi Patris vitam, doctrinam & exempla. *Huc vſque Conſtitut.*

Quid ſit *obſeruare Regulam* S. P. FRANCISCI *ad litteram*, doctè & optimè explicat R. P. F. Gilbertus Nicolai, vir in Theologia tam morali quàm ſcholaſtica conſummatus, ac vitæ ſanctimoniâ celeberrimus (ob deuotionem erga beatiſſimam Virginem MARIAM ſingularem, à Sum-

à Summo Pontifice Leone X. F. Gabriel Aue Maria appellatus) nec non ante centum triginta annos in Ordine Fratrum Minorum Vicarius Generalis Ciſmontanus, qui de hac obſeruantia litterali Tractatulum aliquando ſcripſit vt ſequitur:

QVONIAM, *teſte Philoſopho, quid nominis eſt principium doctrinæ: vt intelligatur Regula* S. FRANCISCI, *ſciendum quid ſit Regula: definitur autem eſſe,* INSTITVTIO EX CONCILIIS EVANGELICIS PRÆCIPVE SVBSTANTIALIBVS ACCEPTA, ET À SEDE APOSTOLICA APPROBATA. *Quæ duo ita ſunt de eſſentia, vt altero deficiente, Regula non ſit. Quoniam autem B. P. N.* FRANCISCVS *voluit ſuam Regulam ſimpliciter & ſine ſubtilitatibus, atque (quod aiunt) ad litteram obſeruari; ſciendum quoque litteram Euangelij, ſiue alicuius Regulæ aut libri, eſſe ſignificationem dictionum Euangelij, Regulæ aut libri, acceptam ſecundùm intentionem eorum qui fuerunt Auctores prædictorum. Qui enim intentionem Auctoris ſeparat à ſignificatione terminorum ſiue dictionum, non aliud agit, quàm qui animam ſeparat à corpore. Vnde certum eſt, ſenſum litteralem ſacræ Scripturæ atque Regulæ cuiuſlibet*

libet ab Eccleſia approbatæ, includere eſſentialiter vltra grammaticale ſignificatum litteræ etiam intentionem Auctoris, non minùs quàm verus homo præter corpus animam requirit rationalem. Qui *enim (inquit Spiritus ſanctus Prouerb.* 19.) tantùm verba ſectatur, nihil habebit: qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuam.

*Vnde & antiqui Doctores dicere ſoliti erant de ſenſu litterali, eum accipiendum non ſolùm quoad ſignatum eius ſiue ſenſum quem littera facit; ſed etiam quoad * ſignatum ſiue ſenſum pro quo ſit ab Auctore litteræ.* * aliàs *ſignificatum* *Vnde & D. Hieronymus:* Non putemus in verbis Scripturarum eſſe Euangelium, ſed in re; non in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. *Et loca Iuris:* Non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. *Et alibi:* Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. *Hinc enim omnes hæretici ſuorum errorum ſemper occaſionem ſumpſerunt, quòd ſuæ carnali ſapientiæ innitentes, ſacram Scripturam ſecundùm nudum litteræ corticem, non ſecundùm vnanimem Patrum conſen-*

In magno Comment. cap. 1 Epiſt. ad Gal.

L. Non dubium. *Cod. de legibus.*

Cap. Intelligentia. *extr. de verbis ſignificat.*

ſum interpretari voluerunt. Quemadmodum igitur is genuinus eſt ſacræ Scripturæ ſenſus, quem optimè agnoſcens, intentionem Sponſi ſui tenuit & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione Scripturarum, non quem ipſa interdum littera indicare primâ fronte videtur: eodem ſanè modo, is eſt ſenſus Regulæ S. Franciſci, qui elicitur ex intentione Auctoris.

Iam verò cùm, mortuo B. Franciſcô, ad eius intentionem recurri non poßit; ſolus reſtat qui eam approbauit, Summus nimirum Pontifex Dominus HONORIVS. *Quoniam, vt iam antè dictum eſt, Regulæ Conditor non eſt ſolus eius Fundator, ſed cum eo eſt & Approbator; imò tantò potior Approbator, quantò corpore pretioſior eſt anima quæ illud informat. Conditor enim Regulæ materialiter fuit S. Franciſcus, qui eam ſcripſit; formaliter* HONORIVS, *qui eam approbauit. Et ideò litteraliter nemo poteſt exponere Regulam in dubiis, niſi qui eam condidit aut approbauit: exponere (inquam) ita vt ei aſſentiri oporteat. Doctores enim eam exponunt, ſed ſic vt eorum opinionibus nemo adhærere teneatur.*

Ex quibus omnibus manifeſtum euadit, eum eſſe obſeruatorem Regulæ ad litteram, qui

qui facit opera Regulæ ſecundùm intentionem Apoſtolicam: quia in exponendo maior eſt Approbator quàm Fundator. Quod certè & ipſe S. Franciſ. 1. cap. Reg. ſatis confirmauit.

Præterea mortuo Fundatore, ſolus manet Approbator Regulæ, qui eſt immortalis, eò quòd ſemper ei ſuccedat alius: quemadmodum felicis recordationis IVLIO II. *ſucceßit S. D. N.* LEO X. *modernus Summus Pontifex. Quamquam enim S. Franciſco Fundatori Regulæ ſemper ſuccedat alius, Miniſter nimirum Generalis; is tamen non ei ſuccedit vt Fundatori, ſed vt Miniſtro Generali, qui primus fuit in Ordine Fratrum Minorum B. P. N. Franciſcus.*

Quamobrem licet modernus Miniſter Generalis tantam habeat auctoritatem ſuper Ordinem quantam habebat S. Franciſcus vt Miniſter Generalis, non tamen quantam habebat vt Fundator; quia vt Fundatori nemo ſucceßit ſancto Franciſco. De Summo autem Pontifice eadem ratio non eſt: quia ipſe verum ſucceſſorem in omnis ſuæ poteſtatis plenitudine ſemper relinquit. Quamobrem qui HONORIO *ſucceßit vt Vicario Chriſti ac legitimo ſucceſſori D. Petri Principis Apoſtolorum; etiam ei ſucceßit vt Approbatori Regulæ noſtræ. Eſſe enim Vicarium*

Chriſti, eſt eſſe Approbatorem & Interpretem omnium Religionum & Regularum. Atque ideò qui ei ſuccedit in Vicariatum Chriſti, ſuccedit in mirabili illa plenitudine poteſtatis ſuper totam vniuerſalem Eccleſiam Chriſti. Hactenus ille.

Bouerius in Vita P. Fran. Titelm. Annal. Tom. 1. anno 1537. *num.* 107.

Franciſcus Titelmannus, Belga, anno 1537. Romanæ Prouinciæ Prouincialis, beati P. Franciſci Regulam aiebat tam claram ac dilucidam eſſe, vt germanus ipſius ſenſus vnicuique obuius eſſe poſſet, ſi ſolo ſpiritus non carnis oculo ſpectaretur: quo fit, vt nullâ prorſus interpretatione, præterquam benè affecti animi lectione, indigeat. Hinc, præter Pontificum Declarationes, ceteras Regulæ expoſitiones aut ſuperuacaneas aut Regulæ minùs proficuas iudicabat, cùm ſæpè genuinum illius ſenſum vel interuertant, vel tenebris inuoluant. Hac quippe de cauſâ Dominum gloſſas omnes à Regula expuliſſe affirmabat, cùm olim B.P. Franciſco dixit: *Volo vt Regula obſeruetur ad litteram, ad litteram, ad litteram, ſine gloſſa, ſine gloſſa, ſine gloſſa:* eò quòd aliquando ſub ſpecioſo expoſitionum titulo fallaces ac pernicioſas gloſſas in Regulam intrudendas prænoſceret. Verumtamen cùm obuios ac germanos Regulæ ſenſus prodere,

Chronic. Ord. p. 1. lib. 2. cap. 7.

dere, ac verbis illuſtrare, neque gloſſa, neque damnanda Regulæ expoſitio ſit; id maximè fieri commendabat: in eaque is tam in publicis ſermonibus, quos ſæpiſſimè de Regula inſtituebat, quàm in priuatis colloquiis adeò præcellebat, vt Fratres Dei gratiam, quâ in Regulæ locis ac myſteriis elucidandis mirificè affluebat, admirantes, ab illius ore penderent.

NICOLAVS III. anteà Ioannes Caietanus Vrſinus, ſalutatur Pontifex anno M. CC. LXXVII. in feſto S. Catharinæ: de quo ſcribunt Hiſtorici, neminem ante ipſum ſacrificaſſe religioſiùs, cùm ſemper, dum ſolemnia ageret, lacrymas funderet. Hic Pontifex maximoperè Fratrum Minorum Religionem dilexit ab ineunte ætate; vnde & Decretali editâ, quæ incipit, Exiit qui ſeminat. de verborum ſignificat. in 6. aliqua ipſius Regulæ difficiliora loca declarauit. Non deſunt qui affirment, conditorem talis Decretalis fuiſſe NICOLAVM IV. qui ex Ordine Minorum fuit; ex eo quia Regulæ S. Patris noſtri Franciſci intelligentiam ſic benè callere videretur. At cùm talis Decretalis data fuit Suriani; ad quod caſtrum ipſe Pontifex NICOLAVS III. propter boni aëris qualitatem ſe receperat, numquam autem NICOLAVS IV. tale caſtrum petierit (& quoad veram

Digitized by Google

ram Regulæ intelligentiam, fatetur ipſe Summus Pontifex omnia ſe à ſociis beati Patris Franciſci habuiſſe) luce meridianâ clarius conuincitur, non NICOLAVM IV. *ſed* III. *fuiſſe illius Decretalis conditorem.*

Ita Coriolanus in ſuo Breu. Chronol. ad annum M. CC. LXXVII. fol. CCCLVIII.

Moritur Nicolaus III. anno M.CC. LXXXI. XVIII. Kalend. Septemb.

INCIPIT DECLARATIO D. NICOLAI PAPÆ TERTII

ſuper REGVLAM *Fratrum Minorum.*

PROLOGVS.

Decretal. 6. de ver. ſig. *Exiit.* NICOLAVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Mat. 12, 3. EXIIT *qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum* de ſinu Patris in mundum, veſte ſcilicet humanitatis indutus Dei Filius Ieſus Chriſtus, verbum Euangelicum ſaturus in ſingulos, probos & reprobos, inſipientes & gnaros, ſtudioſos & deſides; &, iuxta Prophetam, Ierem. 14, 8. *colonus futurus in terra*, ſemen ſuum, doctrinam ſcilicet Euangelicam, ſine delectu diſperſit in omnes: qui omnia tracturus ad ſe, omnes ſaluare venerat: qui

tandem

Digitized by Google

tandem ſeipſum Deo Patri pro ſalute omnium in redemptionis humanæ pretium immolauit. Licet autem hoc ſemen in ſingulos communicatiuâ Dei charitate diſperſum, aliud ceciderit ſecus viam, ſuper corda ſcilicet dæmonum ſuggeſtionibus peruia; aliud ſupra petram, corda ſcilicet nullo fidei vomere penetrata; aliud inter ſpinas, corda ſcilicet hominum diuitiarum ſolicitudinibus lacerata: & ideò vnum prauis affectibus conculcatum; aliud aridum, quia gratiæ carebat humore; reliquum verò legitur inordinatis ſolicitudinibus ſuffocatum: aliud tamen mite cor & docile, terra bona, ſuſcepit.

2. Hæc eſt Minorum Fratum mitis & docilis in paupertate ac humilitate per almum Chriſti Confeſſorem Franciſcum radicata Religio: quæ ex illo vero ſemine germinans, germen illud ſparſit per Regulam in filios, quos ſibi & Deo per ſuum miniſterium in obſeruatione Euangelij generat. Iſti ſunt filij, qui, docente Iacobo, *Verbum æternum, Dei Filium, inſitum* humanæ naturæ in horto virginalis vteri, potens ſaluare animas, in manſuetudine ſuſceperunt. Hi ſunt illius ſanctæ Regulæ Profeſſores, quæ Euangelico fundatur eloquio,

Laus Ordinis.

Cap. 1, 21.

eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum eius ſermonibus actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum & Patrem munda & immaculata Religio: quæ deſcendens à Patre luminum, per eius Filium exempláriter & verbaliter Apoſtolis tradita; & demum per Spiritum ſanctum beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. Hæc eſt, cui, atteſtante Paulo, *nemo de cetero debet eſſe moleſtus*, quam Chriſtus paſſionis ſuæ Stigmatibus confirmauit, volens inſtitutorem ipſius paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri.

Gal. 6, 17.

Diabolus non ceſſat per ſuos Ordinem impugnare.

3. Sed nec ſic contra ipſos Fratres Minores & Regulam hoſtis antiqui ceſſauit aſtutia: quin potiùs contra eos nitens ſuperſeminare zizania, interdum æmulatores agitatos inuidiâ, iracundiâ & indiſcretâ iuſtitiâ concitauit; mordentes Fratres, & eorum Regulam quaſi illicitam, inobſeruabilem, & diſcriminoſam, caninis latratibus lacerantes: non attendentes, hanc ſanctam Regulam, vt prædicitur, præceptis ac ſalutaribus monitis inſtitutam, Apoſtolicis obſeruationibus roboratam, & etiam per Sedem Apoſtolicam confirmatam; tot diuinis teſtimoniis communitam, quæ credi-

Digitized by Google

credibilia facta ſunt nimis in tot ſanctis viris in obſeruantia huius Regulæ agentibus & finientibus dies ſuos: quorum nonnullos Sanctorum catalogo Sedes eadem ex eorum vita & miraculis fecit adſcribi; ac nouiſſimè quaſi diebus iſtis per piæ memoriæ Gregorium Papam IX. prędeceſſorem noſtrum approbatam eſſe, ex euidenti vtilitate, quam de ipſa conſequitur vniuerſalis Eccleſia, in generali * Lugdunenſi Concilio extitit declaratum. Nec nos minùs attendimus; imò profundiùs cogitamus, ſicut penſare debent ſubtiliùs ceteri Catholicæ Fidei profeſſores, quòd ipſe Deus Ordinem prædictum & eius obſeruatores inſpiciens, ſic eos ab inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari præſidio præſeruauit, quòd nec ipſos fluctus tempeſtuoſus alliſit, nec animos in Ordine ipſo degentium conſternauit; quin potiùs in vigore regulari concreſcant, & amplientur in ſuorum obſeruantia mandatorum.

* Anno 1245. ſub Innocentio IV.

4. Verumtamen vt Ordo prædictus, quibuſlibet præciſis anfractibus, diſtinctâ & purâ vigeat claritate, ſicut Fratres eiuſdem Ordinis nuper in generali Capitulo congregati prouiderant, dilectis filiis Generali & nonnullis aliis Prouincialibus eiuſdem

Pontifex retundit inuidos.

eiuſdem Ordinis Miniſtris, qui in Capitulo ipſo conuenerant, in noſtra præſentia conſtitutis; cùm ad plenam obſeruationem Regulæ eiuſdem, in vigore ſpiritus eorum feruere noſcatur intentio; viſum eſt nobis, mordacibus huiuſmodi mordendi vias præcludere; & aliqua, quæ in ipſa Regula videri poterant dubia, declarare; nonnulla per prædeceſſores noſtros declarata, pleniori claritate diſſerere; in aliquibus etiam Regulam ipſam contingentibus, puritati eorumdem conſcientiæ prouidere.

Expoſiturus Regulam è mente S. Franciſci.

5. Nos autem, qui à teneris annis ad Ordinem ipſum affectus noſtros erexímus, in illis ſuccreſcendo, cum aliquibus eiuſdem Confeſſoris ſociis, quibus eius vita & conuerſatio nota erat, ſuper ipsâ Regulâ & ſanctâ ipſius beati Franciſci intentione frequenti collatione tractauimus: & tandem Cardinalis, ac poſtmodum eiuſdem Ordinis per prædictam Sedem Gubernator, Protector & Corrector effecti, conditiones prædicti Ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus; in Apoſtolatus officio, tam in pia intentione Confeſſoris prædicti, quàm de his quæ Regulam ipſam & eius obſeruantiam contingunt, ex prædictis longâ etiam experientiâ

rientiâ informati, noſtros ad Ordinem præfatum conuertimus cogitatus: & tam ea quæ per prædeceſſores eoſdem approbata & declarata eſſe noſcuntur, quàm etiam Regulam, & eam contingentia, maturitate plenâ diſcuſſimus: nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declarauimus, certiùs approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, & conceſſimus; plura etiam ordinando ſerioſiùs & clariùs, quæ infraſcriptis articulis pleniùs exprimuntur.

I. ARTICVLVS.

De obſeruantia Euangelici conſilij & præcepti.

1. IN primis, quia (ſicut intelleximus) ab aliquibus hæſitatur, an Fratres eiuſdem Ordinis tam ad conſilia quàm ad præcepta Euangelij teneantur: tum quia in Regulæ prædictæ principio habetur: *Regula & vita Minorum Fratrum* Cap. 1.
hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. tum ex eo quòd in eadem Regula continetur ſic: *Finito verò anno probationis,* Cap. 2.
recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam

vitam iſtam ſemper & Regulam obſeruare. tum etiam quia in fine ipſius Regulæ con-
Cap. 12. tinentur hæc verba : *Paupertatem & humilitatem ac ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.* Licet fel. recor. Gregorius Papa IX. prædeceſſor noſter hunc articulum & nonnullos eiuſdem Regulæ declarauit; quia tamen eius declaratio propter aliquorum inſurgentium in Fratres & Regulam inordinatos vel mordaces inſultus, & multorum poſteà emergentium caſuum conſiderandos euentus, in aliquibus obſcura, in aliquibus ſemiplena, & in multis etiam contentis in ipſa Regula inſufficiens videbatur: Nos obſcuritatem ac inſufficientiam huiuſmodi, perfectæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuſlibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorum mentibus plenioris expoſitionis certitudine amputare, dicimus, quòd cùm in principio Regulæ non abſolutè, ſed cum quadam modificatione, ſeu determinatione, ſeu
Cap. 1. ſpecificatione ponatur, *Regula & vita Minorum Fratrum hæc, ſcilicet, Domini noſtri IeſuChriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate:* quæ tria eadem Regula multùm

arctè

Digitized by Google

arctè proſequitur; & nihilominùs alia nonnulla ſubnectit, præcipiendo, prohibendo, conſulendo, monendo, hortando, & ſub aliis verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorum: de intentione Regulæ liquere valet apertiùs; vt illud quod in Profeſſione quaſi abſolutè ſubnecti videtur, *Promittentes vitam iſtam ſemper & Regulam obſeruare*; & quod in fine ſubiungitur, *Et ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus*; totum ad ipſius Regulæ modificatum, vel determinatum, ſeu ſpecificatum principium reducatur, videlicet ad obſeruantiam Euangelij (vt prædicitur) per ipſam Regulam in illis tribus modificatam, vel determinatam, ſeu ſpecificatam: cùm non ſit veriſimile, ipſum Sanctum, verbum ab ipſo ſemel cum quadam modificatione ſeu ſpecificatione prolatum (licet quaſi ſuccinctoriè repetitum) voluiſſe in ſua repetitione, datâ ſibi per eum modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione, ſine certa cauſa carere; & vtriuſque Iuris argumenta nos doceant, ea quæ in principio, ad medium & ad finem; illa verò, quæ in medio, ad finem atque principium; & ea quæ in fine, ad vtrumque, vel eorum alterum ſæpè

Cap. 2.

Cap. 12.

Declaratio quæſtion.

ſæpè referri. Et dato quòd abſolutè diceretur, *Promitto ſanctum Euangelium obſeruare:* niſi profeſſor huiuſmodi intenderet ſe ad omnium conſiliorum obſeruantiam obligare (quod vix aut numquam poſſit ad litteram obſeruare, propter quòd talis promiſſio illaqueare profitentis animum videretur) clarè videtur promiſſionem huiuſmodi ad alium intellectum abſque intentione promittentis non debere perſtringi, niſi vt obſeruantia Euangelij ſit ſicut tradita reperitur à Chriſto: videlicet, quòd præcepta vt præcepta, & conſilia vt conſilia à promittentibus obſeruentur. Quem intellectum etiam in eiſdem verbis habuiſſe, idem beatus Franciſcus in ſerie ſui proceſſus in Regula patenter oſtendit, cùm aliqua Euangelica conſilia inducat vt conſilia ſub verbis monitionis, exhortationis & conſilij; nonnulla verò ſub prohibitione ac verbo præcepti.

Concluſio. Per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio, quòd Fratres ex profeſſione huiuſmodi Regulæ ad omnia conſilia, ſicut ad præcepta Euangelica tenerentur, ſed ſolùm ad illa conſilia, quæ in eadem Regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa.

Ad

Digitized by Google

Ad quæ conſilia Euangelica Fratres ex Profeſsione teneantur.

2. Vnde nos ad Fratrum eiuſdem Ordinis conſcientias plenariè ſerenandas declaramus, quòd ex Profeſſione eiuſdem Regulæ Fratres ipſi ad ea tantùm Euangelica obſeruanda conſilia ſunt adſtricti, quæ in ipſa Regula præceptoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla verò alia per Euangelium data conſilia eò magis ſecundùm exigentiam ſui ſtatus tenentur plus quàm ceteri Chriſtiani, quò per ſtatum perfectionis (quem per Profeſſionem huiuſmodi aſſumpſerunt) ſe obtulerunt Domino holocauſtum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem, quæ in ipſa Regula continentur, tam præcepta quàm conſilia, quàm cetera, ex voto Profeſſionis huiuſmodi non aliter tenentur, quàm eo modo quo in Regula ipſa traduntur; vt ſcilicet teneantur ad eorum obſeruantiam, quæ in eadem Regulà ipſis ſub verbis obligatoriis indicuntur. Ceterorum verò obſeruantiam, quæ ſub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, & inſtructoriis, ſeu quibuſcumque aliis continentur, eatenus magis con- *Nota.*

E decet

decet de bono & æquo eos proſequi, quò imitatores tanti Patris effecti, Chriſti ſemitas arctiùs elegerunt.

II. ARTICVLVS.

De obſeruantia paupertatis & abdicatione proprietatis.

1. Porrò cùm ipſa Regula expreſsè contineat; quòd *Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem*; ſitque declaratum per eumdem prædeceſſorem noſtrum Gregorium IX. & nonnullos alios, hoc ſeruari debere tam in ſpeciali quàm in communi, quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorum inſenſata deprauauit aſtutia: ne Fratrum eorumdem perfectionis claritas talium imperitis ſermonibus laceretur, dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiuſmodi omnium rerum tam in ſpeciali, quàm etiam in communi propter Deum, meritoria eſt & ſancta: quam & Chriſtus, viam perfectionis oſtendens, verbo docuit, & exemplo firmauit; quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfectè viuere, per doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos in eos deriuarunt.

Cap. 6.

Non in paupertate vitium, ſed paupere.

2. Nec

2. Nec his quiſquam putet obſiſtere, quòd interdum dicitur, Chriſtum loculos habuiſſe: nam ſic ipſe Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret. Sic infirmorum perſonam Chriſtus accepit in loculis, ſic in nonnullis aliis infirma humanæ carnis aſſumens (prout Euangelica teſtatur hiſtoria) non tantùm carne, ſed & mente condeſcendit infirmis: ſic enim humanam naturam aſſumpſit, quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis, in propriis permanſit excelſus: ſic & ſummæ charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes inducitur, quòd à ſummæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Chriſtus & docuit opera perfectionis, egit etiam infirma, ſicut interdum in fuga patet & loculis: ſed vtrumque perfectè perfectus exiſtens, vt perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui vtroſque ſaluare venerat, qui tandem mori voluit pro vtriſque.

Refutatio obiectionis. Ioan. 12, 6. & 13, 29.

Summa hac abdicatio omnis proprietatis licita eſt & meritoria.

Poſſeſſio prohibita omnium rerum. 3. Nec quiſquam ex his inſurgat erroneè, quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tamquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei, viuendi diſcrimini ſe committant: ſic enim ſeipſos committunt diuinæ prouidentiæ in viuendo, vt viam non contemnant prouiſionis humanæ, quin *vel de his qua offeruntur liberaliter, vel de his qua mendicantur humiliter, vel de his qua conquiruntur per laboritium, ſuſtententur:* qui triplex viuendi modus prouidetur in Regula expreſsè. Lucæ 22, 32. Profectò ſi (iuxta promiſſum Saluatoris) numquam deficiet fides Eccleſiæ; *Nota.* per conſequens nec opera bona ſubtrahentur. Ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuſlibet videtur eſſe ſublata. Et quidem vbi (quod non videtur aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent; ſicut nec ceteris, ſic nec ipſis Fratribus iure poli in extremæ neceſſitatis articulo, ad prouidendum ſuſtentationi naturæ, via omnibus extremâ neceſſitate detentis conceſſa præcluditur; cùm ab omni lege extrema neceſſitas ſit exempta.

4. Nec

4. Nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renuntiationem vſus rerum cuique videatur inducere: nam cùm in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuum, proprietatem, poſſeſſionem, vſumfructum, ius vtendi, & ſimplicem facti vſum; & vltimo tamquam neceſſario egeat (licet primis carere poſſit vita mortalium;) nulla prorſus poteſt eſſe profeſſio, quæ à ſe vſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat: verùm condecens fuit ei profeſſioni, quæ ſpontè deuouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſarum neceſſario vſu fore contentam. Nec per hoc, quòd proprietatem vſus & rei cuiuſcumque dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici vſui omnis rei renuntiaſſe conuincitur: qui, inquam, vſus non iuris, ſed facti tantummodò nomen habens, quod facti eſt tantùm in vtendo præbet vtentibus, nihil iuris. Quinimò neceſſariarum rerum tam ad vitæ ſuſtentationem, quàm ad officiorum ſui ſtatus executionem (excepto quod de pecunia infrà ſubiungitur) moderatus vſus, ſecundùm eorum Regulam, & veritatem omnimodam, conceſſus eſt Fratribus: quibus rebus Fratres licitè vti poſſunt durante conce-

Vſus quarumdam rerum Fratribus conceſſus.

Cap. 4.

Digitized by Google

concedentis licentiâ, & iuxta quod in præſenti ſerie continetur.

Obiectioni ocurrit.

5. Nec his obuiare dignoſcitur, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humanè conſtituit; videlicet non poſſe vſum vel vſumfructum à dominio perpetuo ſeparari; quòd ne dominium dominis (ſemper abſcedente vſu) redderetur inutile: temporalem vtilitatem tantùm in conſtituendo proſpiciens, iſta decreuit. Retentio namque dominij talium rerum cum conceſſione vſus facta pauperibus, non eſt infructuoſa domino, cùm ſit meritoria ad æterna, & profeſſioni pauperum opportuna; quæ tantò ſibi cenſetur vtilior, quantò commutat temporalia pro æternis.

Vſus rerum nobis neceſſarius.

6. Profectò non fuit Confeſſoris Chriſti Regulam inſtituentis intentio, rerum quarumlibet vſum neceſſarium abdicare; quinimò contrarium in ipſa conſcripſit, contrarium viuendo ſeruauit; cùm & ipſe temporalibus ad neceſſitatem vſus fuerit, & in pluribus locis in Regula vſum talem licere Fratribus manifeſtet. Dicit namque in Regula, quòd *Clerici faciant diuinum Officium, ex quo habere poterunt Breuiaria:* ex hoc patenter inſinuans, quòd Fratres ſui habituri eſſent vſum Breuiarij & librorum

Cap. 3.

Digitized by Google

brorum qui ſunt ad diuinum Officium opportuni. In alio quoque capitulo dicit, quòd *Miniſtri & Cuſtodes pro neceßitatibus infirmorum & aliis Fratribus induendis per amicos ſpirituales ſolicitam curam gerant ſecundùm loca, & tempora & frigidas regiones, ſicut eorum neceßitati viderint expedire.* Alibi etiam exhortans Fratres per congruum laboris exercitium, ad otium euitandum, dicit, quòd *de mercede laboris pro ſe & ſuis Fratribus corporis neceſſaria recipiant.* In alio quoque capitulo continetur, quòd Fratres *vadant pro eleëmoſyna confidenter.* Habetur etiam in eadem Regula, quòd *in prædicatione, quam Fratres faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi; annuntiando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam.* Sed conſtans eſt, quòd hæc præſupponunt ſcientiam, ſcientia requirit ſtudium, exercitium verò ſtudij conuenienter haberi non poteſt ſine vſu librorum. Ex quibus omnibus ſatis claret ex Regula, ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſapientiale ſtudium, neceſſariarum rerum vſum Fratribus eſſe conceſſum.

Cap. 4. Cap. 5. Cap. 6. Cap. 9.

Patet itaque ſanè intelligentibus ex prædictis, Regulam, quoad abdicationem

Nota. huiuſmodi, non ſolùm obſeruabilem, poſſibilem, & licitam, ſed meritoriam & perfectam; & eò magis meritoriam, quò per ipſam profeſſores ipſius magis à temporalibus propter Deum (ſicut prædicitur) elongantur.

III. ARTICVLVS.

Cui competat dominium rerum Fratribus conceſſarum.

1. AD hæc, cùm Fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum Ordini poſſint etiam in communi; & cùm aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecùs non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, veriſimiliter credatur fuiſſe intentio, vt rem huiuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam, perfectè concedat, donet, & offerat, à ſe abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum; nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentiùs huiuſmodi rei dominium transferatur, quàm Sedes præfata, vel perſona Romani Pontificis, Chriſti Vicarij; qui pater eſt omnium, & Fratrum Minorum nihilominùs ſpecialis: ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium; cùm patri filius ſuo modo,

Digitized by Google

modo, ſeruus domino, & Monachus Monaſterio, res ſibi oblatas, conceſſas, vel donatas acquirant: omnium vtenſilium & librorum, ac eorum mobilium præſentium & futurorum, quæ & quorum vſum (facti ſcilicet) Ordini vel Fratribus ipſis licet habere, proprietatem & dominium (quod etiam felicis recordationis Innocentius Papa Quartus prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur) in nos & Romanam Eccleſiam Apoſtolicâ auctoritate recipimus; & ad nos & ipſam Eccleſiam plenè & liberè pertinere hac præſenti Conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus. *Sedis Romanæ omnia bona Ordinis.*

2. Prætereà loca empta de eleëmoſynis diuerſis, & oblata, ſeu conceſſa Fratribus, ſub quacumque forma verborum (licet Fratres ſibi cauere debeant, quòd in huiuſmodi verbis ſtatui ſuo incompetentibus non vtantur) à diuerſis ſeu pro indiuiſo poſſidentibus, ſeu certas partes in ipſis locis habentibus, in quibus ipſi poſſidentes pro indiuiſo, ſeu certas partes habentes, nihil ſibi in oblatione ſeu conceſſione huiuſmodi reſeruarint; ſimiliter in ius, dominium ac proprietatem noſtram & Eccleſiæ prædictæ, eadem auctoritate ſuſcipimus. *Etiam loca empta Fratrum.*

3. Loca verò ſeu domos pro habitatio- *Non item mutuata.*

ne Fratrum à ſingulari perſona, vel Collegio ipſis Fratribus ex integro concedenda, ſeu etiam offerenda (ſi talia de voluntate conferentis Fratres inhabitare contigerit) perſeuerante tantùm concedentis voluntate inhabitent: ac illa liberè, (præter Eccleſiam & oratoria ad Eccleſiam deſtinata, & cœmeterium, quætam præſentia quàm futura in ius & proprietatem noſtram & prædictæ Romanæ Eccleſiæ ſimili modo & auctoritate recipimus) mutatâ concedentis voluntate, ac ipſis Fratribus patefactâ, dimittant: in quorum locorũ dominio ſeu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ Eccleſiæ retinemus omnino, niſi ea ſpecialiter de noſtro ſeu ipſius Romanæ Eccleſiæ recipiantur aſſenſu. Et ſi ineiſdem locis reſeruauerit dominium ſibi concedendo concedens; propter inhabitationem Fratrum, tale dominium in ius Eccleſiæ ſæpè dictæ non tranſeat, ſed potiùs plenè liberum maneat concedenti.

Nihil ſuperflui licet habere Fratribus.

4. Inſuper nec vtenſilia, nec alia, quorum vſum ad neceſſitatem & officiorum ſui ſtatus executionem licet habere (non enim omnium rerum vſum habere debent, vt dictum eſt) ad vllam ſuperfluitatem, diuitias, ſeu copiam, quæ deroget

pau-

paupertati, vel ad theſaurizationem, vel eo animo, vt ea diſtrahant ſiue vendant, recipiant, nec ſub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occaſione: quinimò in omnibus appareat in eis, quoad dominium, omnimoda abdicatio, & in vſu neceſſitas. Hoc autem ſecundùm exigentiam perſonarum & locorum Miniſtri & Cuſtodes ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodiis cum diſcretione diſponant; cùm de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circumſtantiæ, plus minúſve, ac aliter prouideri requirant. Iſta tamen ſic faciant, quòd ſemper in eis & eorum actibus paupertas ſancta reluceat, prout ipſis ex eorum Regula inuenitur indicta.

IV. ARTICVLVS.

De eleëmoſynis pecuniariis.

1. CEterùm, cùm in eadem Regula ſit ſub præcepti diſtrictione prohibitum, *ne Fratres recipiant per ſe vel per alios denarios vel pecuniam vllo modo*; idque Fratres in perpetuum ſeruare cupiant, & velut iniunctum neceſſe habeant adimplere: ne ipſorum puritas in huiuſmo- Cap. 4.

di

Digitized by Google

di obſeruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne Fratrum conſcientiæ aliquibus aculeis ſtimulentur; articulum iſtum propter detrahentium morſus profundiùs quàm noſtri prædeceſſores fecerint aſſumentes, ac ipſum clarioribus determinationibus proſequentes, dicimus in primis, quòd *fratres ipſi à mutuis contrahendis abſtineant*; cùm eis mutuũ contrahere, ipſorum ſtatu conſiderato, non liceat. Poſſint tamen ipſi, pro ſatisfactione facienda, pro eorum neceſſitatibus, quæ pro tempore occurrerint (ceſſantibus eleëmoſynis, de quibus ſatisfieri commodè tunc non poſſet) citra cuiuſlibet obligationis vinculum dicere, quòd per eleëmoſynas & alios amicos Fratrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam intendant fideliter laborare.

Mutuum non licet contrahere.

2. Quo caſu procuretur à Fratribus, quòd ille, qui dabit eleëmoſynam per ſe, vel per alium non nominandum ipſis, ſi fieri poterit, ſed ab eo potiùs iuxta ſuum beneplacitum aſſumendum, huiuſmodi ſatisfactionem faciat in totum, vel in partem, prout Dominus ſibi inſpirabit: ſi tamen ipſe hoc nollet facere, vel non poſſet, vel quia receſſus eius immineat, aut quia, quibus velit committere, notitiam non habeat fidelium perſonarum, ſeu qua-

Daturus pecuniam per ſeipſum, vel per alium ab ipſo nominatum, Fratribus prouideat.

cumque

Digitized by Google

cumque aliâ occaſione vel cauſâ: declaramus & dicimus, quòd in nullo Regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipſius obſeruantia maculatur, ſi Fratres ipſi alicuius vel aliquorum ſibi curent dare notitiam, vel aliquos ſeu aliquem nominare, aut etiam præſentare, cui vel quibus, ſi eleëmoſynam facienti placuerit, committi poſſit executio prædictorũ, ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubrogationibus infrà ſcriptis: ita tamen, quòd penes ipſum dantem dominio, proprietate ac poſſeſſione ipſius pecuniæ, cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam, ſemper vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam, plenè, liberè ac integrè remanentibus, in ipſa pecunia nihil omnino Fratres iuris habeant, nec adminiſtrationem ſeu diſpenſationẽ; nec contra perſonam nominatam, vel non nominatam ab eis, cuiuſcumque conditionis exiſtat, in iudicio, vel extra, actionem, proſecutionem, aut aliquod ius, qualitercumque perſona prædicta in commiſſione huiuſmodi ſe habeat. Liceat tamen Fratribus ſuas neceſſitates inſinuare ac ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ, ac eam rogare quòd ſoluat. Poſſunt etiam perſonam eamdem exhortari ac inducere, quòd fideliter in re commiſſa

Poſſunt tamen Fratres in caſu aliquem nominare, qui pecunias accipiat pro neceſſitate.

commiſſa ſe habeat; & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione prouideat: ita tamen, quòd ab omni eiuſdem pecuniæ adminiſtratione, ſeu diſpenſatione, & contra prædictam perſonam actione ſeu proſecutione (vt prædictum eſt) Fratres abſtineant omni modo.

Rurſus alium nominare poſſunt.

3. Si verò perſonam huiuſmodi nominatam, vel non nominatam à Fratribus (quominùs per ſe poſſet exequi quod prædicitur) contigerit per abſentiam, infirmitatem, voluntatem, ſeu locorum diſtantiam, ad quæ ipſe nollet accedere, in quibus eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda, vel per occaſionem aliquam impediri; liceat Fratribus cum conſcientiæ puritate, quantum ad vnam aliam perſonam ſubrogandam ad præmiſſa in nominando, & aliis (ſi ad primum dantem non poſſint vel nolint habere recurſum) cum iſta perſona facere, ſicut ſuprà declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim perſonarum miniſterium per viam ſubrogationis (vt prædictum eſt) communiùs & generaliùs videtur poſſe in prædictorum executione ſufficere, cùm prædicta ſatisfactio præſumatur poſſe celeriter expediri. Si tamen interdum propter locorum diſtantiam, in quibus ſatisfactio eſſet

facienda,

facienda, & conditiones ſeu circumſtantias alias, caſus emergeret, in quo videretur plurium perſonarum ſubrogandarum miniſterium opportunum; liceat ipſis Fratribus in hoc caſu iuxta negotij qualitatem (ſeruato modo prædicto) plures perſonas aſſumere, nominare, ſeu præſentare ad iſtud miniſterium exequendum.

De neceßitatibus futuris.

4. Et quia oportet & expedit Fratrum neceſſitatibus, non ſolùm illis, pro quibus iam eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda, (vt ſuprà proximè dictum eſt) ſed etiam imminentibus, ſiue tales neceſſitates ingruentes immineant, quæ breui tempore expediri valeant; ſiue tales, licet paucæ comparatiuè, quarum prouiſio ex ſui conditione neceſſariò tractum temporis habet; vt in libris ſcribendis, Eccleſiis, ſeu ædificiis ad vſum habitationis ipſorum conſtruendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & aliis ſimilibus, ſi quæ occurrerint, cum moderamine ſupradicto, ſalubriter prouideri, ſicut in iſtis neceſſitatibus clarè diſtinguimus, ſic in aliis Fratres poſſe tutè & ſaluâ conſcientiâ procedere declaramus; videlicet, vt ingruenti vel imminenti neceſſitate, quæ breui tempore,

pore, vel quæ interdum ex aliquibus circumſtantiis non ſic breui (vt ſuprà in proximo caſu dictum eſt) valeat expediri, tam quoad dantem eleëmoſynam, quàm quoad nominatum vel ſubſtitutum, in omnibus & per omnia (ſicut in articulo ſolutionis pro neceſſitatibus præteritis faciendæ ſuprà proximè declarauimus) procedatur.

5. In ea verò neceſſitate, quantumcumque præſentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate ſui, vt prædicitur, tractum temporis habet annexum; quia in eo caſu veriſimile eſt, quòd tum ratione diſtantiæ locorum, quam expeditio neceſſitatis ipſius ex ſui conditione requiret, tum etiam circumſtantiarum ipſius neceſſitatis ratione penſatâ, frequenter caſus acciderent, in quibus ad expeditionem neceſſitatis huiuſmodi oporteret, quòd per diuerſas manus & perſonas tranſiret pecunia neceſſitati huiuſmodi deputata; quarum omnium perſonarum impoſſibile quaſi eſſet dominum principalem pro ipſa neceſſitate pecuniam deputantem, ſeu etiam ſubſtitutum ab eo, & tertium etiam ab ipſo ſubſtituto (ſi caſus talis accideret) poſteà ſubrogatum, habere notitiam: declaramus & dicimus, quòd in hoc articulo,

præter

præter dictos duos modos in neceſſitatibus præteritis, & ingruentibus, quæ poſſint breui tempore, vel interdum non breui (vt ſuprà exprimitur) expediri, vt prædiximus, obſeruandos, ad conſeruandam ipſius Regulæ ac profeſſorum eius omnimodam puritatem: quòd ſi præſtò ſit eleëmoſynæ huiuſmodi elargitor, vel eius nuntius, qui poſſit hoc facere, & velit, expreſsè prædicatur illi à Fratribus, quòd ſibi placeat, vt dominio talis pecuniæ cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam penes ipſum ſemper vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam liberè remanente (vt in aliis duobus caſibus ſuperiùs dictum eſt) per quorumcumque manus pecunia ſeu eleëmoſyna ipſa tractetur, ſiue per perſonas ab eo vel à Fratribus nominatas; totum ſuo conſenſu, voluntate ac auctoritate procedat: quo aſſenſum ſuum præbente prædictis, ſecurè Fratres re emptâ, vel acquiſitâ de illa pecunia per quemcumque (iuxta modum annotatum ſuperiùs) vti poſſint.

Nunc aliter à Summis Pontificibus declaratum.

Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem, hâc in perpetuum valiturâ prouiſionis ſerie, declaramus, quòd Fratres præfatis modis (vt prædicimus) circa pecuniam, in ſupportandis eorum

F præ-

præteritis & ingruentibus neceſſitatibus obſeruatis, non intelligantur, nec dici poſſint per ſe vel per interpoſitam perſonam pecuniam recipere, contra Regulam & Profeſſionis ſui Ordinis puritatem; cùm manifeſtè pateat ex præmiſſis, ipſos Fratres non ſolùm à receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualibet ipſius, & ab ea penitus alienos.

Quid faciendum, ſi dator eleëmoſynæ moriatur.

6. In eó verò caſu, quando, antequam ipſa pecunia in licitum rei habendæ vel vtendæ commercium ſit conuerſa, concedentem pecuniam mori contigerit; ſi concedens in concedendo dixerit vel expreſſerit, quòd perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum Fratrum expenderet, quidquid de ipſo concedente viuendo vel moriendo contingeret, ſiue concedens huiuſmodi heredem reliquerit, ſiue non, poſſint Fratres ad perſonam deputatam (non obſtante concedentis morte, vel heredis contradictione) pro ipſa pecunia expendenda recurrere, ſicut poterant ad ipſum dominum concedentem.

Quid

Quid agendum de pecunia quæ ſupereſt, habitâ neceſſitate determinatâ.

7. Quia verò puritatem ipſius Ordinis intimâ cordis affectione zelamus, cùm in prædictis caſibus ad determinatam neceſſitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit; concedens pecuniam rogari poſſit à Fratribus, quòd ſi quid de pecunia ipſa (habitâ neceſſitate determinatâ) ſupererit, conſentiat ipſe concedens, quòd reſiduum præfatæ pecuniæ in res alias pro aliis ipſorum Fratrum prædictis neceſſitatibus conuertatur: quo non conſentiente prædictis, ipſum reſiduum (ſi quid fuerit) reſtituatur eidem. *Superflua pecunia reddenda.* Caueant tamen Fratres, quòd ſolicitè ſe coaptent, vt non plus ſcienter concedi conſentiant, quàm veriſimiliter æſtimari poſſit rem neceſſariam, pro qua pecunia ipſa conceditur, valituram.

Et quia in prædictorum ſerioſa expoſitione à dante vel recipiente de facili poſſit errari, vt clariùs vtilitati dantium, puritati Ordinis, ſimplicitati aliquorum ſimplicium, ſaluti animarum hinc inde ſecuriùs conſulatur; intellectum illum, qui ſatis in hoc caſu à ſanè intelligente percipitur, præſentis & in æternum valituræ conſtitu-

tionis ſerie lucidamus; volentes illum ad communem deduci notitiam, videlicet, quòd ſemper, quando pecunia Fratribus ipſis mittitur vel offertur (niſi expreſsè per mittentem vel offerentem aliud exprimatur) prædictis modis prorſus oblata intelligatur & miſſa. *Nota.* Non enim veriſimile eſt, aliquem eleëmoſynæ ſuæ ſine expreſſione modum illum velle præfigere, per quem & donans meritò, vel illi, quorum neceſſitatibus intendit per donum huiuſmodi prouidere, vel effectu doni, vel ſuæ conſcientiæ puritate fraudentur.

V. ARTICVLVS.

De iis quæ relinquuntur Fratribus teſtamento.

1\. AD hæc, quia Fratribus ipſis interdum in vltimis voluntatibus ſub diuerſis modis nonnulla legantur, nec expreſsè, quid de his agendum ſit, in Regula vel prædeceſſorum noſtrorum declarationibus continetur; ne in ipſis dubitari contingat in poſterum, prouidendo, legantibus, & Fratrum conſcientiis præcauendo, *Legata quæ nobis illicita.* declaramus, ordinamus, & dicimus: quòd ſi teſtator modum, ſecundùm quem Fratribus

Digitized by Google

tribus (eorum conditione inſpectâ) recipere non liceret, exprimat in legando; vt ſi legaret Fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſeruaret; à tali legato & eius receptione per omnem modum Fratres abſtineant.

2. Si verò modum licitum Fratribus in legando teſtator èxpreſſerit; vt ſi diceret: Lego pecuniam pro Fratrum neceſſitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & ſimilia, ad hoc, quòd per certam perſonam vel perſonas idoneas diſtrahantur; & pecunia de rebus ipſis accepta, in ædificia vel alia Fratrum neceſſaria conuertatur; aut in legando ſimilibus modis vel verbis vtatur: in hoc caſu illud in omnibus & per omnia (conſideratis eorum neceſſitatibus & moderaminibus ſupradictis) quantum ad Fratres, ſeruari decernimus, quod per nos ſuperiùs eſt in conceſſis pecuniariis eleëmoſynis declaratum: ad quæ legata ſoluenda tam heredes teſtatorum quàm executores ſe liberales exhibeant, & etiam Prælati & ſæculares, quibus de Iure vel conſuetudine prouiſio iſta competeret (cùm expedierit) ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias *Qua licita.* *Nota.*

 volun-

voluntates decedentium adimplendas: nam & nos etiam per modos licitos, & Fratrum Regulæ congruos, intendimus prouidere, quòd heredum cupiditas legitimis ictibus feriatur, ne pia defunctorum deſtituatur intentio; ac ipſi Fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur.

De legatis indifferenter relictis.

3. Si verò Fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſſione legetur; in hoc legato ſic indeterminatè relicto, in omnibus & per omnia intelligi ac ſeruari volumus, & in perpetuum præſenti conſtitutione iubemus, quod ſuprà in pecuniaria eleëmoſyna Fratribus indeterminatè oblata vel miſſa voluimus ac expreſſimus obſeruari: videlicet vt ſub modo licito Fratribus intelligatur eſſe relictum; ita quòd nec legans merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur.

Art. 4. §. 7.

VI. ARTICVLVS.

De commutatione rerum mobilium.

1. QVia verò libros & alia mobilia, quibus tam Ordo quàm Fratres vtuntur, quorum dominium (cùm non ſint

ſint dominij aliorum) ad præfatam Eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur, interdum contingit ſeu expedit vendi, vel etiam commutari; Fratrum vtilitatibus & eorum conſcientiis prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vſum Fratribus licet habere, de Generalium & Prouincialium Miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim & diuiſim auctoritate procedat. Quibus etiam de diſpoſitione vſus talium rerum concedimus ordinare. Si verò res huiuſmodi æſtimato pretio vendi contingat; cùm Fratribus ipſis per ſe vel per alium recipere pecuniam (Regulâ prohibente) non liceat; ordinamus & volumus, quòd talis pecunia vel pretium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius vſum Fratribus licet habere, per Procuratorem à præfata Sede, vel à Cardinale gubernationem per ipſam Sedem gerente eiuſdem Ordinis deputandum, iuxta modum in ſuperioribus neceſſitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum.

Mutatio rerum auctoritate Miniſtrorum fieri debet.

Cap. 4. *Per Ordinis Procuratorem.*

De largitione vilium.

2. De vilibus autem mobilibus, vel parum valentibus, liceat ex præſenti noſtra

Conſtitutione Fratribus, pietatis ſeu deuotionis intuitu, vel pro alia honeſta & rationabili cauſa (obtentâ ſuper hoc priùs Superiorum ſuorum licentiâ) iuxta quod inter Fratres in generali vel in prouincialibus Capitulis, tam de ipſis rebus vilibus ſeu parum valentibus & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet à quibus, & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra Ordinem aliis elargiri.

VII. ARTICVLVS.

De veſtibus Fratrum.

Cap. 2. 1. LIcet autem contineatur in Regula, quòd *Fratres habeant vnam tunicam cum capucio, & aliam ſine capucio*; & videri poſſit illa fuiſſe inſtituentis intentio, quòd neceſſitate ceſſante, pluribus non vtantur: declaramus quòd poſſint Fratres de licentia Miniſtrorum & Cuſtodú, coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis, cùm eis videbitur (penſatis neceſſitatibus & aliis circumſtantiis, quæ ſecundùm Deum & Regulam attendendæ videntur) vti pluribus; nec per hoc videantur à Regula deuiare, cùm etiam in ipſa dicatur expreſsè, quòd *Miniſtri & Cuſtodes de infirmorum neceſſitatibus & Fratribus*

Tunicis pluribus quando licet vti.

Cap. 4.

Digitized by Google

bus induendis ſolicitam curam gerant ſecundùm loca, & tempora & frigidas regiones.

2. Et quamquam prædicta Regula contineat, quòd *de Fratribus induendis & neceſſitatibus infirmorum Miniſtri tantùm & Cuſtodes ſolicitam curam gerant*; & dictio illa *tantùm* ſic Miniſtros & Cuſtodes in hac cura perſtringere videatur, quòd ab ea ceteros primâ facie excludere videatur; quia tamen ſolicitè conſiderare nos conuenit, & tempus Regulæ inſtitutæ, quo Fratres ipſi ad comparationem præſentem numero pauci erant, & forſan Miniſtri & Cuſtodes videbantur, tunc ad iſta procuranda poſſe ſufficere; ac nihilominùs multiplicationis Fratrum & moderni temporis qualitatem; nec ſit veriſimile, beatum Franciſcum, inſtitutorem Regulæ, vel ipſius Miniſtris & Cuſtodibus impoſſibilitatis iugum voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſſibilitatis conſequentia Fratres ipſos ſuis neceſſitatibus velle carere: concedimus, quòd ipſi Miniſtri & Cuſtodes poſſunt per alios huiuſmodi curæ ſolicitudinem exercere. Debent etiam & alij Fratres curam huiuſmodi, quæ præfatis Miniſtris & Cuſtodibus præcipuè incumbit ex Regula, cùm ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter.

Ibidem.

Nota.

Digitized by Google

VIII. ARTICVLVS.

De modo laborandi.

Cap. 5.

1. **C**Ontinetur quoque in Regula, quòd *Fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè; ita quòd excluſo otio, animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant.* Quia verò ex verbo iſto Fratres ipſos de otioſitate vitæ & de Regulæ tranſgreſſione improbè notare interdum hactenus aliqui ſunt conati; nos morſus huiuſmodi nefarios reprimentes, declaramus, quòd, conſideratis verbis prædictis, & formâ ſeu modo loquendi, ſub quibus Fratres ad huiuſmodi exercitium inducuntur, non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio, quòd vacantes ſtudio, vel diuinis officiis & miniſteriis exequendis, manuali labori ſeu operationi ſubiiceret, vel ad hoc illos arctaret: cùm exemplo Chriſti, & multorum ſanctorum Patrum, labor iſte ſpiritualis tantò illi præponderet, quantò quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur.

Litteris vacans non otiatur.

Laborare qui teneantur.

2. Ad alios verò, qui ſe in prædictis ſpiritualibus operibus non exercent, niſi tales aliorum Fratrum licitis ſeruitiis occupentur,

cupentur, ne otioſè viuant, verba prædicta declaramus extendi: niſi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis exiſterent, quòd meritò propter hoc non eſſent à tanto bono pro huiuſmodi exercitio ſubtrahendi. Fratres enim, quantumcumque ſtudio vel diuinis miniſteriis non vacantes, ſed aliorum Fratrum ſtudio, vel aliis diuinis officiis & miniſteriis, vacantium ſeruitiis inhærentes, cum ipſis, quibus ſeruiunt, ſuſtentari merentur: quod adſtruitur illâ æquâ lege ſancitum, quâ ſtrenuus pugnator ille Dauid iuſtè decreuit, videlicet, quòd deſcendentium ad prælium & remanentium ad ſarcinas portio æquaretur. 1. Reg. 30, 24.

IX. ARTICVLVS.

De Prædicatoribus.

1. VErùm quia expreſsè continetur in Regula, quòd *Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum:* nos in hoc & deferentes Regulæ, & nihilominùs auctoritatem Apoſtolicæ plenitudinis conſeruantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad litteram, ſicut Regula ipſa protulit, obſeruetur; niſi per Sedem Apoſtolicam Cap. 9.

circa

Digitized by Google

circa hoc pro vtilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum vel ordinatum aliud, vel in poſterum concedatur ſeu etiam ordinetur.

Ibidem.

2. Et quia in eodem capitulo Regulæ immediatè ſubiungitur, quòd *nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali fuerit examinatus & approbatus, & ab eo prædicationis officium ſibi conceſſum*: nos & ſtatum præteritum ipſius Ordinis in paucitate ſui, & modernum in ampliato Fratrum numero, ac vtilitatem animarum (vt condecet) aduertentes, concedimus, quòd nedum Generalis examinare & approbare Fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus perſonæ idoneitatem, & prædicationis officium licentia ipſa reſpiceret, prout in Regula continetur: verùm etiam Prouinciales Miniſtri hoc poſſint in Capitulis Prouincialibus cum Definitoribus, quod etiam hodie obſeruari dicitur, & in Fratrum priuilegiis contineri. Quam quidem licentiam præfati reuocare ac ſuſpendere valeant, & arctare, ſicut & quando id eis videbitur expedire.

Nota, quando Prædicatores inſtituendi.

X. AR-

Digitized by Google

X. ARTICVLVS.

De modo recipiendi Fratres ad Ordinem.

1. SEd quoniam in deſideriis noſtris hoc geritur, vt ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum; ac dictus Ordo, per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Chriſtianæ religionis accenditur, merito & numero augeatur; concedimus, & præſenti ſtatuto firmamus, licere non ſolùm Generali, ſed etiam Prouincialibus Miniſtris, perſonas fugientes à ſæculo in Fratres recipere, quæ Miniſtrorum Prouincialium licentiâ per ipſum Generalem (ſicut expedire viderit) poſſit arctari. Vicarij verò Prouincialium Miniſtrorum ex officio Vicariæ licentiam hanc ſibi nouerint interdictam, niſi per Miniſtros eoſdem (quibus hoc poſſe committere Vicariis & aliis licere decernimus) hoc ipſis Vicariis ſpecialiter committatur. Caueant tamen ipſi Prouinciales, quòd hoc non indiſcretè, non paſſim, ſed ſic conſideratè committant, ſicque illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſiliis fulciant, quòd omnia diſcretè procedant. *Qui recipere poſſint ad Ordinem.*

2. Nec indifferenter omnes admittantur ad Ordinem, ſed illi tantùm, qui, ſuffragantibus *Quales recipiendi.*

gantibus eis literaturâ, idoneitate vel aliis circumſtantiis, poſſint vtiles eſſe Ordini; ſibique per vitæ meritum ac aliis proficere per exemplum.

XI. ARTICVLVS.

De mittendo Cuſtode Cuſtodum ad Capitulum Generale.

1. INſuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis, an pro eo, quod in Regula dicitur, vt *decedente Generali Miniſtro, à Prouincialibus Miniſtris & Cuſtodibus in Capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris*; omnium Cuſtodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum conuenire; aut, vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur, ſufficere poſſit, vt aliqui de ſingulis Prouinciis, qui vocem habeant aliorum interſint: taliter reſpondemus; vt ſcilicet ſingularum prouinciarum Cuſtodes vnum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo Prouinciali Miniſtro pro ſeipſis ad Capitulum dirigant, voces ac vices ſuas committentes eidem. Quòd etiam cùm conſtituerint per ſeipſos, ſtatutum huiuſmodi duximus approbandum. Quod idem prædeceſſor noſter Gregorius IX. in caſu huiuſmodi dicitur reſpondiſſe.

Cap. 8.

XII. AR-

Digitized by Google

XII. ARTICVLVS.

De ingreſſu & acceſſu ad Monaſteria Monialium.

1. DEnique quia continetur in Regula ſupradicta, quòd *Fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum, præter illos quibus à Sede Apoſtolica conceſſa fuerit licentia ſpecialis*; quamquam hoc de Monaſteriis pauperum Monialium incluſarum Fratres hactenus intelligendum eſſe crediderint; cùm earum Sedes præfata curam habeat ſpecialem; & intellectus huiuſmodi per Conſtitutioné quamdam tempore datæ Regulæ, viuente adhuc beato Franciſco, per Prouinciales Miniſtros fuiſſe credatur in Generali Capitulo declaratus: iidem Fratres certificari nihilominùs poſtulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cùm Regula nullum excipiat, an de illis ſolùm Monaſteriis Monialium prædictarum debeat intelligi. Nos itaque generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet Cœnobiis Monialium reſpondemus. Et nomine Monaſterij volumus clauſtrum, domos, officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines ſæculares conueniunt, poſſint Fratres

Cap. 11.

Prohibitus Fratribus ingreſſus omnium Monaſteriorum Monialium.

Quid nomine Monaſterij intelligatur.

Digitized by Google

tres illi cauſâ prædicationis vel eleëmoſynæ petendæ accedere, quibus id à Superioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum; exceptis ſemper prædictarum Monaſteriis incluſarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine Sedis eiuſdem licentia ſpeciali. Quod etiam ipſum idem prædeceſſor noſter Gregorius IX. in eo caſu dicitur reſpondiſſe.

XIII. ARTICVLVS.

An ad teſtamentum B. P. N. FRANCISCI *Fratres obligentur.*

1. CEterùm ſanctæ memoriæ Confeſſor Chriſti Franciſcus Fratribus mandaſſe dicitur circa vltimum vitæ ſuæ (cuius mandatum ipſius dicitur Teſtamentum) quòd *verba ipſius Regulæ non*
§. 19. *gloſſentur*; & (vt verbis vtamur eiuſdem) *quòd ſic vel ſic intelligi debeant, non dicatur:* adiiciens, *quòd Fratres nullo modo litteras aliquas ab Apoſtolica Sede petant*; & alia quædam interſerens, quæ non poſſent ſine multa difficultate ſeruari. Propter quod Fratres hæſitantes, an tenerentur ad obſeruantiam Teſtamenti prædicti, dubitationem huiuſmodi per eumdem prædeceſſorem noſtrum Gregorium IX. petierunt

runt de ipſorum conſcientiis amoueri: qui (ſicut aſſeritur) attendens periculum animarum, & difficultates quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatem de eorum conſcientiis amouendo, dixit, Fratres ipſos ad ipſius mandati obſeruantiam non teneri, quod ſine conſenſu Fratrum, & maximè Miniſtrorum, quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit; nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligauit, cùm non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præſentem articulum nihil duximus innouandum.

Non tenentur ad obſeruationem Teſtamenti.

XIV. ARTICVLVS.

Hæc declaratio tantùm ſeruanda in iis quæ habet communia cum Declarationibus ſummorum Pontificum præcedentium.

1. ADhæc, à nonnullis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius Regulæ, & ipſam Regulam contingentia, diuerſas litteras intelleximus emanaſſe: ſed nec per hoc mordacium prædictorum contra Regulam ipſam & Fratres quieuit inſultus; nec per ipſas litteras ſtatui Fratrum prouidetur in multis; in quibus de nouo vel aliter neceſſariò prouidendum eſſe, mul-

torum poſteà caſuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque, ne litterarum huiuſmodi & pręſentis Conſtitutionis diuerſitas, vel intellectus aduerſitas in prædictorum obſeruatione Fratrum animos perturbaret; & vt pleniùs, clariùs, & certiùs eorum ſtatui & obſeruantiæ prædictæ Regulæ conſulatur; in omnibus & ſingulis illis articulis, quos Conſtitutio ipſa continet; quamquam ipſi vel eorum aliqui contineantur in aliis litteris Apoſtolicis ſupradictis: hanc noſtram Conſtitutionem ſeu ordinationé tantùm à Fratribus ipſis præcisè ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſeruandam.

Declaratio hæc tantummodò obſeruanda.

XV. ARTICVLVS.

De huius declarationis firmitate, auctoritate ac publicatione.

1. CVm igitur ex prædictis, & aliis per nos cum multa maturitate diſcuſſis, Regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſeruabilis, nec vlli patens diſcrimini euidenter appareat; illam & omnia ſuprascripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam & ſuppleta, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus

exiſtere

exiſtere perpetuæ firmitatis: in virtute obedientiæ diſtrictè præcipientes, quòd hæc Conſtitutio, ſicut ceteræ Conſtitutiones, vel Decretales epiſtolæ, legatur in ſcholis. *Declaratio hæc in ſcholis legenda.*

2. Et quia ſub colore liciti nonnulli contra Fratres ipſos & Regulam, in legendo, exponendo, atque gloſſando, poſſent virus ſuæ iniquitatis effundere, ac ipſius Conſtitutionis intellectum ipſum, in diuerſas & aduerſas ſententias producentes, ſuis adinuentionibus deprauare, & opinionum diuerſitas, ac diſtorſio intellectus multorũ pios animos poſſet inuoluere, & à Religionis ingreſſu multorum corda ſubtrahere: talium detrahentium vitanda peruerſitas, cogit nos viam ipſis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc Conſtitutionem legentibus præfinire. Itaque ſub pœna excommunicationis & priuationis officij ac beneficij diſtrictè præcipimus, vt præſens Conſtitutio, cùm ipſam legi contigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad litteram concordantiæ, contrarietates, ſeu diuerſæ vel aduerſæ opiniones à lectoribus ſeu expoſitoribus nullatenus inducantur. Super iſta conſtitutione gloſſæ non fiant, niſi forſan per quas verbum vel verbi *Conſtitutio quomodo exponenda.*

Digitized by Google

ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtitutio quaſi Grammaticaliter ad litteram vel intelligibiliùs exponatur. Nec intellectus ipſius per legentem deprauetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud, quàm littera ipſa ſonat.

Ne contra Regulam & ſtatum Fratrum Minorum quis malignetur.

3. Et ne Sedem prædictam contra detractores huiuſmodi oporteat vlteriùs laborare; vniuerſis & ſingulis, cuiuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, diſtrictè præcipimus, ne contra prædictam Regulam, & ſtatum Fratrum prædictorum, ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata dogmatizent, ſcribant, determinent, ſeu prauè loquantur, publicè vel occultè: ſed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ Sedis Apoſtolicæ deducatur: vt ex auctoritate Apoſtolica, ſua in hoc manifeſtetur intentio; cui ſoli conceſſum eſt, in his ſtatuta condere, & condita declarare.

4. Gloſſantes verò in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter, quàm eo modo quem diximus, Doctores inſuper & Lectores dum docent in publico, ex certa ſcientia, & deliberatè intellectum Conſtitutionis huiuſ-

huiuſmodi deprauantes; facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia, & deliberatè determinantes in ſcholis, ſeu prædicantes contra prædicta, vel aliqua ſeu aliquid prædictorum (non obſtantibus aliquibus priuilegiis vel indulgentiis, aut litteris Apoſtolicis, quibuſcumque dignitatibus, perſonis, Ordinibus, aut locis, Religioſis, vel ſæcularibus, generaliter vel ſingulariter, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum, conceſſis, quæ nolumus aliquibus in præmiſſis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ, quam nunc in ipſos proferimus, ſe nouerint ſubiacere: à qua per neminem, niſi per Romanũ Pontificem poſſint abſolui. Inſuper tam iſtos, contra quos per nos excommunicationis prolata eſt ſententia, quàm alios (ſi qui fuerint) contra præmiſſa, vel eorum aliquid venientes, ad Sedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouiſus modus æquitatis non arcet à vetitis, compeſcat rigor Apoſtolicæ vltionis.

Excommunicantur tales.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ordinationis, conceſſionis, & diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu

INCIPIT DECLARATIO REGVLÆ FRATRVM MINORVM,

edita à Domino Papa

CLEMENTE V.

PROLOGVS.

Clem. De verb. ſignif. c. *Exiui*.

CLEMENS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Eccli. 24, 42.

EXIVI *de paradiſo, dixi, Rigabo hortum plantationum*, ait ille cæleſtis agricola. Qui verè fons ſapientiæ, Verbum Dei à Patre, in Patre manens, genitum ab æterno, nouiſſimè diebus iſtis, fabricante Spiritu ſancto, in vtero Virginis caro factum, exiit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum, exemplar ſequendum cæleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verùm quia plerumque

mortalis

mortalis vitæ ſolicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu diuertebat; verus noſter Salomon, in ſolo militantis Eccleſiæ hortum voluptatis inter ceteros quemdã fecit, à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietiùs ac ſecuriùs vacaretur contemplandis obſeruandiſque huiuſmodi operibus exemplaris. In hunc intrauit ipſe, vt rigaret ipſum fecundis aquis ſpiritualis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus, ſiquidem eſt Fratrum Minorum ſancta Religio, quæ muris Regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei Filius, mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aromatibus, quæ ſuauitate mirâ vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circumfundunt. Hæc eſt illa cæleſtis vitæ forma & Regula, quam deſcripſit ille Confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus, ac ſeruandam à ſuis filiis verbo docuit pariter & exemplo.

Hortus Eccleſiæ Ordo Minorum.

2. Quia verò dictæ ſanctæ Regulæ profeſſores ac æmulatores deuoti, vt alumni & veri filij tanti Patris, affectabant, ſicut & feruenter affectant, ad pu-

gantibus eis literaturâ, idoneitate vel aliis circumſtantiis, poſſint vtiles eſſe Ordini; ſibique per vitæ meritum ac aliis proficere per exemplum.

XI. ARTICVLVS.

De mittendo Cuſtode Cuſtodum ad Capitulum Generale.

1. INſuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis, an pro eo, quod in Regula dicitur, vt *decedente Generali Miniſtro, à Prouincialibus Miniſtris & Cuſtodibus in Capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris*; omnium Cuſtodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum conuenire; aut, vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur, ſufficere poſſit, vt aliqui de ſingulis Prouinciis, qui vocem habeant aliorum interſint: taliter reſpondemus; vt ſcilicet ſingularum prouinciarum Cuſtodes vnum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo Prouinciali Miniſtro pro ſeipſis ad Capitulum dirigant, voces ac vices ſuas committentes eidem. Quòd etiam cùm conſtituerint per ſeipſos, ſtatutum huiuſmodi duximus approbandum. Quod idem prædeceſſor noſter Gregorius IX. in caſu huiuſmodi dicitur reſpondiſſe.

Cap. 8.

XII. AR-

XII. ARTICVLVS.

De ingreſſu & acceſſu ad Monaſteria Monialium.

1. DEnique quia continetur in Regula ſupradicta, quòd *Fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum, præter illos quibus à Sede Apoſtolica conceſſa fuerit licentia ſpecialis*; quamquam hoc de Monaſteriis pauperum Monialium incluſarum Fratres hactenus intelligendum eſſe crediderint; cùm earum Sedes præfata curam habeat ſpecialem; & intellectus huiuſmodi per Conſtitutionē quamdam tempore datæ Regulæ, viuente adhuc beato Franciſco, per Prouinciales Miniſtros fuiſſe credatur in Generali Capitulo declaratus: iidem Fratres certificari nihilominùs poſtulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cùm Regula nullum excipiat, an de illis ſolùm Monaſteriis Monialium prædictarum debeat intelligi. Nos itaque generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet Cœnobiis Monialium reſpondemus. Et nomine Monaſterij volumus clauſtrum, domos, officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines ſæculares conueniunt, poſſint Fratres

Cap. 11.

Prohibitus Fratribus ingreſſus omnium Monaſteriorum Monialium.

Quid nomine Monaſterij intelligatur.

Digitized by Google

tres illi cauſâ prædicationis vel eleëmoſynæ petendæ accedere, quibus id à Superioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum; exceptis ſemper prædictarum Monaſteriis incluſarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine Sedis eiuſdem licentia ſpeciali. Quod etiam ipſum idem prædeceſſor noſter Gregorius IX. in eo caſu dicitur reſpondiſſe.

XIII. ARTICVLVS.

An ad teſtamentum B. P. N. FRANCISCI *Fratres obligentur.*

1. CEterùm ſanctæ memoriæ Confeſſor Chriſti Franciſcus Fratribus mandaſſe dicitur circa vltimum vitæ ſuæ (cuius mandatum ipſius dicitur Teſtamentum) quòd *verba ipſius Regulæ non*
§. 19. *gloſſentur*; & (vt verbis vtamur eiuſdem) *quòd ſic vel ſic intelligi debeant, non dicatur:* adiiciens, *quòd Fratres nullo modo litteras aliquas ab Apoſtolica Sede petant*; & alia quædam interſerens, quæ non poſſent ſine multa difficultate ſeruari. Propter quod Fratres hæſitantes, an tenerentur ad obſeruantiam Teſtamenti prædicti, dubitationem huiuſmodi per eumdem prædeceſſorem noſtrum Gregorium IX. petie-

runt

runt de ipſorum conſcientiis amoueri: qui (ſicut aſſeritur) attendens periculum animarum, & difficultates quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatem de eorum conſcientiis amouendo, dixit, Fratres ipſos ad ipſius mandati obſeruantiam non teneri, quod ſine conſenſu Fratrum, & maximè Miniſtrorum, quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit; nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligauit, cùm non habeat imperium par in parem. Nos autem circa præſentem articulum nihil duximus innouandum.

Non tenentur ad obſeruationem Teſtamenti.

XIV. ARTICVLVS.

Hæc declaratio tantùm ſeruanda in iis quæ habet communia cum Declarationibus ſummorum Pontificum præcedentium.

1. ADhæc, à nonnullis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius Regulæ, & ipſam Regulam contingentia, diuerſas litteras intelleximus emanaſſe: ſed nec per hoc mordacium prædictorum contra Regulam ipſam & Fratres quieuit inſultus; nec per ipſas litteras ſtatui Fratrum prouidetur in multis; in quibus de nouo vel aliter neceſſariò prouidendum eſſe, mul-

torum poſteà caſuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque, ne litterarum huiuſmodi & pręſentis Conſtitutionis diuerſitas, vel intellectus aduerſitas in prædictorum obſeruatione Fratrum animos perturbaret; & vt pleniùs, clariùs, & certiùs eorum ſtatui & obſeruantiæ prædictæ Regulæ conſulatur; in omnibus & ſingulis illis articulis, quos Conſtitutio ipſa continet; quamquam ipſi vel eorum aliqui contineantur in aliis litteris Apoſtolicis ſupradictis: hanc noſtram Conſtitutionem ſeu ordinationẽ tantùm à Fratribus ipſis præcisè ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſeruandam.

Declaratio hæc tantummodò obſeruanda.

XV. ARTICVLVS.

De huius declarationis firmitate, auctoritate ac publicatione.

1. CVm igitur ex prædictis, & aliis per nos cum multa maturitate diſcuſſis, Regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſeruabilis, nec vlli patens diſcrimini euidenter appareat; illam & omnia ſuprascripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam & ſuppleta, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus exiſtere

exiſtere perpetuæ firmitatis: in virtute obedientiæ diſtrictè præcipientes, quòd hæc Conſtitutio, ſicut ceteræ Conſtitutiones, vel Decretales epiſtolæ, legatur in ſcholis. *Declaratio hac in ſcholis legenda.*

2. Et quia ſub colore liciti nonnulli contra Fratres ipſos & Regulam, in legendo, exponendo, atque gloſſando, poſſent virus ſuæ iniquitatis effundere, ac ipſius Conſtitutionis intellectum ipſum, in diuerſas & aduerſas ſententias producentes, ſuis adinuentionibus deprauare, & opinionum diuerſitas, ac diſtorſio intellectus multorũ pios animos poſſet inuoluere, & à Religionis ingreſſu multorum corda ſubtrahere: talium detrahentium vitanda peruerſitas, cogit nos viam ipſis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc Conſtitutionem legentibus præfinire. Itaque ſub pœna excommunicationis & priuationis officij ac beneficij diſtrictè præcipimus, vt præſens Conſtitutio, cùm ipſam legi contigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad litteram concordantiæ, contrarietates, ſeu diuerſæ vel aduerſæ opiniones à lectoribus ſeu expoſitoribus nullatenus inducantur. Super iſta conſtitutione gloſſæ non fiant, niſi forſan per quas verbum vel verbi *Conſtitutio quomodo exponenda.*

 ſenſus,

Digitized by Google

ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtitutio quaſi Grammaticaliter ad litteram vel intelligibiliùs exponatur. Nec intellectus ipſius per legentem deprauetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud; quàm littera ipſa ſonat.

Ne contra Regulam & ſtatum Fratrum Minorum quis malignetur.

3. Et ne Sedem prædictam contra detractores huiuſmodi oporteat vlteriùs laborare; vniuerſis & ſingulis, cuiuſcumque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, diſtrictè præcipimus, ne contra prædictam Regulam, & ſtatum Fratrum prædictorum, ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata dogmatizent, ſcribant, determinent, ſeu prauè loquantur, publicè vel occultè: ſed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ Sedis Apoſtolicæ deducatur: vt ex auctoritate Apoſtolica, ſua in hoc manifeſtetur intentio; cui ſoli conceſſum eſt, in his ſtatuta condere, & condita declarare.

4. Gloſſantes verò in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter, quàm eo modo quem diximus, Doctores inſuper & Lectores dum docent in publico, ex certa ſcientia, & deliberatè intellectum Conſtitutionis huiuſ-

huiuſmodi deprauantes; facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia, & deliberatè determinantes in ſcholis, ſeu prædicantes contra prædicta, vel aliqua ſeu aliquid prædictorum (non obſtantibus aliquibus priuilegiis vel indulgentiis, aut litteris Apoſtolicis, quibuſcumque dignitatibus, perſonis, Ordinibus, aut locis, Religioſis, vel ſæcularibus, generaliter vel ſingulariter, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum, conceſſis, quæ nolumus aliquibus in præmiſſis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ, quam nunc in ipſos proferimus, ſe nouerint ſubiacere: à qua per neminem, niſi per Romanũ Pontificem poſſint abſolui. Inſuper tam iſtos, contra quos per nos excommunicationis prolata eſt ſententia, quàm alios (ſi qui fuerint) contra præmiſſa, vel eorum aliquid venientes, ad Sedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouiſus modus æquitatis non arcet à vetitis, compeſcat rigor Apoſtolicæ vltionis.

Excommunicantur tales.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ordinationis, conceſſionis, & diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu

Digitized by Google

temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Anno 1279. *Datum Suriani 18. Kalendas Septembr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

CLE-

Digitized by Google

CLEMENS V. *natione Vaſco, Pontifex creatur anno* M. CCCV. *Hic Romanam Curiam in Gallias transtulit, hoc ipſo anno Cardinalibus Lugdunum ad ſe vocatis.*

Anno M. CCCXI. *celebratum eſt Concilium generale* XV. *Viennenſe, in quo edita eſt hæc Clementina, & aliæ Conſtitutiones quæ Clementinæ dicuntur.*

Moritur anno M. CCCXIV. *octauo ſui Pontificatus anno.*

Digitized by Google

INCIPIT DECLARATIO REGVLÆ FRATRVM MINORVM,

edita à Domino Papa

CLEMENTE V.

PROLOGVS.

Clem. De verb. ſignif. c. *Exiui.*

CLEMENS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Eccli. 24, 42.

EXIVI *de paradiſo, dixi, Rigabo hortum plantationum*, ait ille cæleſtis agricola. Qui verè fons ſapientiæ, Verbum Dei à Patre, in Patre manens, genitum ab æterno, nouiſſimè diebus iſtis, fabricante Spiritu ſancto, in vtero Virginis caro factum, exiit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum, exemplar ſequendum cæleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verùm quia plerumque

mortalis

Digitized by Google

mortalis vitæ ſolicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu diuertebat; verus noſter Salomon, in ſolo militantis Eccleſiæ hortum voluptatis inter ceteros quemdã fecit, à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietiùs ac ſecuriùs vacaretur contemplandis obſeruandiſque huiuſmodi operibus exemplaris. In hunc intrauit ipſe, vt rigaret ipſum fecundis aquis ſpiritualis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus, ſiquidem eſt Fratrum Minorum ſancta Religio, quæ muris Regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei Filius, mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aromatibus, quæ ſuauitate mirâ vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circumfundunt. Hæc eſt illa cæleſtis vitæ forma & Regula, quam deſcripſit ille Confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus, ac ſeruandam à ſuis filiis verbo docuit pariter & exemplo. *Hortus Eccleſia Ordo Minorum.*

2. Quia verò dictæ ſanctæ Regulæ profeſſores ac æmulatores deuoti, vt alumni & veri filij tanti Patris, affectabant, ſicut & feruenter affectant, ad pu-

rum & plenum præmiſſam Regulam firmiter obſeruare; attendentes quædam quæ dubium poterant adferre ſenſum, in ipſius Regulæ ſerie contineri: pro ipſorum declaratione habenda recurrerũt prudenter olim ad apicem Apoſtolicæ dignitatis, vt certificati per ipſam, *cuius pedibus etiam per ipſam Regulam ſunt ſubiecti*; poſſent Domino, pulſis cunctis dubiis, cum plena claritate conſcientiæ deſeruire. Horum autem piis ac iuſtis ſupplicationibus plures prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſucceſſiuè, ſicut dignum erat, applicantes aures, & animum, declarauerunt ea quæ dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua conceſſerunt, ſicut expedire videbant Fratrum conſcientiæ, ac puræ obſeruantiæ huius ſtatus. Verùm quia plerumque vbi culpa non eſt, eam timere ſolent conſcientiæ timoratæ, quæ in via Dei quodcumque deuium expaueſcunt; non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium Fratrum conſcientiæ quietatæ, quin circa aliqua ad Regulam ipſorumq́ue ſtatum pertinentia dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur & oriantur, ſicut ad aures noſtras pluries, & de quampluribus, in publicis & priuatis conſiſtoriis eſt perlatum.

Cap. 12.

Qua-

Quapropter per ipſos Fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis dubiis quæ occurrunt, & quæ poſſunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus.

3. Nos igitur, cuius animus ab ætate tenera, pia deuotione efferbuit ad huiuſmodi Profeſſores Regulæ, & ad Ordinem ipſum totum; nunc autem ex communi cura Paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fouendos dulciùs, & attentiùs gratioſis fauoribus proſequendos, tantò prouocamur ardentiùs, quantò frequentiùs intentâ mente reuoluimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina, toti vniuerſali Eccleſiæ continuè cernimus prouenire: tam pia ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter quod petitur, ſtudia noſtra duximus conuertenda; ipſaque dubia per plures Archiepiſcopos & Epiſcopos, & in Theologia Magiſtros, & alios litteratos, prouidos, & diſcretos examinari fecimus diligenter.

I. AR-

I. ARTICVLVS.

De obſeruatione præceptorum ac conſiliorum Euangelicorum.

1. CVm igitur in primis ex eo quod in dictæ Regulæ principio habetur, *Regula & vita Minorum Fratrum hæc eſt, ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, in obedientia viuendo, ſine proprio, & in caſtitate.* item infrà: *Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & Regulam obſeruare.* item circa finem Regulæ: *Paupertatem & humilitatem & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus*; fuit hæſitatum, An Fratres eiuſdem Ordinis ad omnia tam præcepta quàm conſilia Euangelij ex Profeſſione ſuæ Regulæ teneantur, quibuſdam dicentibus, quòd ad omnia, aliis autem aſſerentibus, quòd ad ſola illa tria conſilia, videlicet viuere in obedientia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea, quæ ſub verbis obligatoriis ponuntur in Regula, obligantur. Nos circa hunc articulum Prędeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ipſumq́ue articulum, quo ad aliquid cla-

Cap. 1.

Cap. 2.

Cap. 12.

Declaratio ad tria conſilia Fratres obligari.

riùs

riùs proſequentes, dictæ hæſitationi duximus reſpondendum: quòd cùm votum determinatum cuiuſlibet habeat cadere ſub certo, vouens Regulam non poteſt dici teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea conſilia Euangelica, quæ in Regula non ponuntur. Et quidem B. Franciſci Conditoris Regulæ hæc probatur fuiſſe intentio, ex hoc quòd quædam Euangelica conſilia in Regula poſuit, aliis prætermiſſis. Si enim per illud verbum, *Regula & vita Minorum Fratrum hæc eſt*, &c. intendiſſet eos ad omnia conſilia Euangelica obligare, ſuperfluè & nugatoriè quædam eorum, ſuppreſſis ceteris, in Regula expreſſiſſet.

2. Cùm autem natura termini reſtrictiui hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia includit: declaramus & dicimus, quòd dicti Fratres non ſolùm ad illa tria vota nudè & abſolutè accepta ex Profeſſione ſuæ Regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia adimplenda, quæ ſunt pertinentia ad hæc tria prædicta quæ Regula ipſa ponit. Nam ſi ad hæc tria prædicta tantùm præcisè & nudè promittentes ſe ſeruare Regulam, *viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate*; & non etiam ad omnia contenta in Regula, *Et ad ea pertinentia.*

quæ

quæ hæc tria modificant, arctarentur; pro nihilo & vanè proferrentur hæc verba, *Promitto ſemper hanc Regulam obſeruare*; ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putandum eſt, quòd beatus Franciſcus profeſſores huius Regulæ quantum ad omnia contenta in Regula, modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa, intenderit æqualiter eſſe obligatos: quin potiùs apertè diſcernit, quòd quoad quædam ipſorum ex vi voti tranſgreſſio eſt mortalis, & quoad quædam alia non: cùm ad quædam ipſorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem; & quoad alia, verbis aliis ſit contentus.

Non tamen æqualiter.

De iis quæ æquipollent præcepto.

3. Item quia præter ea, quæ expreſsè verbo præcepti, ac exhortationis, ſeu monitionis ponuntur in Regula; nonnulla, verbo imperatiui modi negatiuè vel affirmatiuè appoſito, inſeruntur: hactenus extitit dubitatum, An teneantur ad iſta, vt ad habentia vim præcepti. Et quia, vt intelleximus, non minuitur hoc dubium, ſed augetur, ex eo quod felicis recordationis Nicolaus Papa III. prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe, quod Fratres ipſi ex pro-

profeſſione ſuæ Regulæ ſunt aſtricti ad ea conſilia Euangeſica, quæ in ipſa Regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur; & nihilominùs ad eorum omnium obſeruantiam, quæ ipſis in eadem Regula ſub verbis obligatoriis inducuntur: ſupplicauerunt prędicti Fratres, vt ad eorum conſcientias ſerenandas, declarare quæ horum cenſeri debeant pręceptis æquipollentia ac obligatoria, dignaremur.

Nos itaque, qui in ſinceris horum conſcientiis delectamur, attendentes, quòd in his quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graues remorſus conſcientiæ conſultè pars ſecurior eſt tenenda: dicimus, quod licet Fratres non ad omnium quæ ſub verbis imperatiui modi ponuntur in Regula, ſicut ad præceptorum, ſeu pręceptis æquipollentium obſeruantiam teneantur: expedit tamen Fratribus ipſis ad obſeruandam puritatem Regulæ & rigorem, quòd ad ea, ſicut ad æquipollentia præceptis ſe nouerint obligatos, quæ hîc inferiùs annotantur. *Nota.*

Vt autem hæc quæ videri poſſunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ, de qua agitur, ſeu ex vtroque, ſub compendio habeantur: declara- *Æquipollentia præceptis.*

declaramus, quòd illud quod ponitur in Regula;

Cap. 2. *De non habendo plures tunicas quàm vnam cum capucio, & aliam ſine capucio.*

Item,

Indid. Cap. 3. *De non portandis calceamentis*, & de *non equitando, extra caſum neceßitatis.*

Item,

Cap. 2. Quòd *Fratres vilibus induantur.*

Item,

Cap. 3. Quòd *ieiunare à Feſto omnium Sanctorum, vſque ad Natalem Domini, & in Feriis ſextis teneantur.*

Item,

Cap. 3. Quòd *Clerici faciant diuinum Officium ſecundùm ordinem S. Romanæ Eccleſiæ.*

Item,

Cap. 4. Quòd *Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum & Fratribus induendis ſolicitam curam gerant.*

Item,

Cap. 6. Quòd *ſi quis Fratrum in infirmitatem ceciderit, alij Fratres debent ei ſeruire.*

Item,

Cap. 9. Quòd *Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum.*

Item,

Indid. Quòd *nullus audeat prædicare populo, niſi*

Digitized by Google

niſi à Generali Miniſtro, vel ab aliis, quibus ſecundùm Declarationem prędictam id competit, *fuerit examinatus & approbatus, & ad hæc inſtitutus.*

Item,

Quòd *Fratres, qui cognoſcerent ſe non poſſe præmiſſam Regulam ſpiritualiter obſeruare, debeant & poſsint ad ſuos Miniſtros recurrere.* Cap. 10.

Item,

Quòd omnia quæ ponuntur in Regula, ad formam habitus tam Nouitiorum quàm etiam Profeſſorum, nec non ad receptionis modum ac Profeſſionem ſpectantia, niſi recipientibus quoad habitum Nouitiorum, ſicut dicit Regula, ſecundùm Deum aliter videatur; hæc, inquam, omnia ſunt à Fratribus tamquam obligatoria ſeruanda. Cap. 2.

Item,

Ordo communiter ſentit, tenet, & tenuit ab antiquo, quòd vbicumque ponitur in Regula hoc vocabulum *teneantur*, obtinet vim præcepti, & obſeruari debet à Fratribus ſicut tale. Teneantur *vim præcepti habet.*

II. ARTICVLVS.

An liceat Fratribus recipere aliquid de bonis ingredientium Ordinem.

1. CEterùm quia Chriſti Confeſſor prædictus agendorum ac ſeruandorum circa recipiendos ad Ordinem Miniſtris & Fratribus modum præbens dixit in Regula, quòd *caueant Fratres & eorum Miniſtri, ne ſint ſoliciti de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciant de eis quidquid ipſis à Domino fuerit inſpiratum; licentiam tamen habeant ipſi Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, ſi conſilium requiratur; quorum conſilio ſua bona pauperibus erogentur*, dubitauerunt & dubitant multi Fratrum, An liceat ipſis de bonis ingredientium quidquam recipere, ſi donetur. &, Si ad dandum perſonis & Conuentibus poſſint eos inducere ſine culpa. Si etiam ad diſponendum de diſtributione rerum talium debeant ipſi Miniſtri ſeu Fratres dare conſilium, vbi ad conſulendum alij quàm ex ipſis ad quos ingreſſuri mittantur poſſint idonei inueniri. Nos autem conſiderantes attentè, intendiſſe S. Franciſcum ſuæ Regulæ Profeſſores, quos fundauerat in maxima

Cap. 3.

Regula Profeſſores in maxima paupertate fundati.

maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipſorum ingredientium per dicta verba ſpecialiter & totaliter elongare; vt quantum eſt ex parte Fratrum, ipſorum receptio ad Ordinem ſancta & puriſſima appareret; & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantùm diuino officio mancipandos: dicimus, omnino debere tam Miniſtros quàm Fratres ceteros à dictis inductionibus ad ſibi dandum, & ſuaſionibus, nec non & à dandis circa diſtributionem conſiliis abſtinere; cùm pro hoc ad timentes Deum ſtatus alterius mitti debeant, non ad Fratres; vt verè cunctis pateant eſſe tam ſalubris inſtituti paterni zelatores, ſtudioſi, ſeduli, & perfecti.

Nouitij non inducendi ad dandum Fratribus.

2. Cùm verò facere de rebus ſuis quod Dominus inſpirabit ipſa Regula ingredientibus liberum eſſe velit; non videtur quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicet eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis iam dictæ; ſi quid de bonis ſuis intrans, ſicut & ceteris pauperibus per modum eleëmoſynæ, liberè velit dare. Cauere tamen in acceptione oblatorum talium decet Fratres, ne ex receptorum quantitate notabili,

Licet tamen ab ipſis dantibus accipere.

Cùm cautela tamen.

tabili, præſumi poſſit ſiniſter oculus contra ipſos.

III. ARTICVLVS.

De Fratrum veſtimentis, & eorum vilitate.

Cap. 2. 1. PRæterea cùm dicatur in Regula, quòd *illi, qui iam promiſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum capucio, & aliam ſine capucio, qui habere voluerint*, item, quòd *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur*; noſque declarauimus prædicta verba æquipollere præceptis: volentes hæc determinari plenius, dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quòd pluribus vti non licet, niſi in neceſſitatibus, quæ haberi poſſunt ex Regula, ſecundùm quòd hunc paſſum memoratus Prædeceſſor noſter pleniùs declarauit.

Nota de pluribus tunicis.

2. Vilitatem autem veſtium, tam habitus quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quæ ſecundùm conſuetudinem vel conditionem patriæ debeat, quantum ad colorem panni & pretium, vilitas meritò reputari. Non enim quoad regiones omnes poteſt determinatus vnus modus in talibus aſſignari.

Vilitas panni vnde æſtimanda.

Huiuſ-

Digitized by Google

Huiuſmodi etiam vilitatis iudicium Miniſtris & Cuſtodibus ſeu Guardianis duximus committendum, eorum ſuper hoc conſcientias onerantes: ita tamen quòd ſeruent in veſtibus vilitatem.

De calceamentis.

3. Quorum etiam Miniſtrorum, Cuſtodum & Guardianorum iudicio eodem modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſſint ipſi Fratres calceamenta portare.

De ieiuniis.

4. Deinde cùm duobus temporibus annotatis in Regula, ſcilicet, *à Feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini*, & maximè Quadrageſimæ, in quibus ieiunare tenentur, inſeratur in eadem Regula, *aliis autem temporibus non teneantur, niſi ſexta Feria ieiunare*; & ex hoc voluerint aliqui dicere, quòd dicti Ordinis Fratres non teneantur niſi ex condecentia ad alia ieiunia quàm ad iſta: declaramus debere intelligi, eos non teneri ad ieiunium aliis temporibus, præterquam in ieiuniis ab Eccleſia conſtitutis. Non eſt enim veriſimile, quòd vel Inſtitutor Regulæ, vel etiam Confirmator abſoluere ipſos inten- Cap. 3.

Digitized by Google

derit à ſeruandis illis ieiuniis, ad quæ de communi ſtatuto Eccleſiæ obligantur ceteri Chriſtiani.

IV. ARTICVLVS.

De obſeruatione præcepti non recipiendi pecuniam.

1. POrrò cùm dictus Sanctus, volens Fratres ſuos ſuper omnia à denariis ſeu pecunia eſſe totaliter alienos, præcepit firmiter Fratribus vniuerſis, *vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam*; iſtumque articulum declarans idem Prædeceſſor noſter, caſus & modos poſuerit, quibus ſeruatis à Fratribus, non poſſunt dici nec debent, per ſe vel per alium pecuniæ receptores contra Regulam, vel ſui Ordinis puritatem: dicimus Fratres teneri cauere ſummoperè, quòd pro aliis cauſis, ſeu ſub modis aliis, quàm ponit dicti Prædeceſſoris noſtri declaratio, ad dantes pecunias ſiue deputatos nuntios non recurrant; ne, ſi ſecùs ad ipſis attentatum fuerit, tranſgreſſores præcepti & Regulæ meritò dici poſſint. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quòd expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum. Quocircà

Cap. 4.

Nota.

circà quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio, in Eccleſiis vel alibi cippi ſeu trunci ordinati ad offerentium ſeu donantium pecunias reponendas, nec non quicumque recurſus alius ad pecunias, ſeu habentes ipſas, qui per declarationem prædictam non conceditur; hæc, inquam, omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta.

Quæſtus pecuniæ prohibitus in truncis & cippis.

2. Cùm etiam recurſus ad amicos ſpirituales expreſsè tantùm in duobus caſibus ſecundùm Regulam concedatur, videlicet pro neceſſitatibus infirmorum, & Fratribus induendis; idque piè & rationabiliter, conſiderata neceſſitate vitæ humanæ, ad alias neceſſitates Fratrum pro tempore occurrentes (ceſſantibus eleëmoſynis) ſeu etiam ingruentes ſæpè dictus Prædeceſſor duxerit extendendum: attendant Fratres præfati, quòd pro nullis cauſis aliis, quàm prædictis vel ſimilibus, in via vel alibi recurrere liceat eis ad amicos huiuſmodi; ſiue ſint dantes pecunias, ſiue deputati per ipſos, ſiue nuntij, vel depoſitarij, ſeu alio quouis nomine appellentur; etiamſi conceſſi per eamdem declarationem modi circa pecuniam integrè ſeruarentur.

Nota de recurſu ad amicos.

3. Denique cùm idem Confeſſor ſum-

mè affectauerit ſuæ Regulæ Profeſſores totaliter eſſe abſtractos ab affectu & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia & eius vſu totaliter expertes; ſicut probat prohibitio de recipienda pecunia in Regula ſæpiùs repetita: curare Fratres vigilanter neceſſe eſt, quòd cùm ex cauſis prædictis, & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipſorum neceſſitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipſas, quicumque hi fuerint, principales vel nuntij; in omnibus ſic ſe gerant, quòd ſe cunctis oſtendant in dictis pecuniis, ſicut nec habent, penitùs nil habere.

Quæ Fratribus vitanda.

4. Quapropter præcipere, quomodo & qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expenſa; eam quomodocumque repetere ſiue deponere, aut deponi facere; capſulam pecuniæ, vel eius clauem deferre; hos actus & conſimiles ſibi Fratres illicitos eſſe ſciant. Prædicta enim facere, ad ſolos dominos pertinet qui dederunt, & eos quos ipſi deputauerunt ad hoc ipſum.

V. AR-

Digitized by Google

V. ARTICVLVS.

De expropriatione Fratrum.

1. PRoinde cùm vir Sanctus paupertatis præmiſſæ in Regula modum exprimens dixerit in eadem: *Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tamquam peregrini & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleëmoſyna confidenter*; ſicque declaratum extitit per nonnullos Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali quàm etiam in communi; propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum & donatarum Fratribus, (quas & quarum vſum, facti ſcilicet, Ordini vel ipſis Fratribus licet habere) proprietatem & dominium in ſe & Romanam Eccleſiam receperunt, dimiſſo ipſis Fratribus in eis tantummodò vſu facti ſimplicis: ad noſtrum fuerunt deducta examen, quæ in Ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto voto & puritati Ordinis repugnare; videlicet, vt ea proſequamur ex ipſis, quæ remedio credimus indigere.

Cap. 6.

Expropriatio Ordinis in communi & ſpeciali.

Abuſus contra expropriationem.

2. Quòd ſe inſtitui heredes non ſolùm ſuſtinent, ſed procurant.

Item, quòd reditus annuos recipiunt interdum in tam notàbili quantitate, quòd Conuentus habentes totaliter inde viuant.

Item, quòd cùm ipſorum negotia etiam pro rebus temporalibus in Curiis agitantur, aſſiſtunt Aduocatis & Procuratoribus, & ad inſtigandum eoſdem ſe ibidem perſonaliter repræſentant.

Item, quòd executiones vltimarum voluntatum ſuſcipiunt & gerunt; ſeque intromittunt quandoque de vſurarum & malè ablatorum diſpoſitionibus ſeu reſtitutionibus faciendis.

Item, quòd alicubi non ſolùm exceſſiuos hortos, ſed etiam vineas magnas habent: de quibus tam de oleribus quàm de vino multum colligitur ad vendendũ.

Item, quòd temporibus meſſium & vindemiarum ſic copioſè granum & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à Fratribus, & in cellariis ac granariis reconduntur, quòd per anni reſiduum & abſque eorum mendicatione poſſunt tranſigere vitam ſuam.

Item, quòd Eccleſias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate, &

& curioſitate figuræ & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſſiua, ſic quòd non videntur habitacula pauperum, ſed Magnatum.

Paramenta etiam Eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretioſa, quòd excedunt in his magnas Eccleſias cathedrales.

Equos inſuper & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indiſtinctè.

Tamen communitas Fratrum, & ſpecialiter Rectores ipſius Ordinis aſſerebant, quòd prædicta ſeu plura ex ipſis in Ordine non fiebant. Quòd & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur: nec non contrà, talia ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in Ordine multùm ſtricta.

VI. ARTICVLVS.

De hereditatibus non acceptandis.

1. CVpientes igitur nos ipſorum Fratrum prouidere conſcientiis, & cuncta dubia, quantum poſſibile nobis eſt, de ipſorum pectoribus remouere; ad prædicta modo qui ſequitur reſpondemus. Cùm enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id, quod exteriùs agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræ-

ſentet;

Nota. ſentet; neceſſe habent Fratres, qui ſe expropriatione tanta à temporalibus abſtraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi eſſet vel poſſet videri contrariũ, abſtinere. Quia igitur in ſucceſſionibus tranſit non ſolùm vſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in heredes, Fratres autem præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere vel eorum Ordini poſſint etiam in communi; declarando dicimus, quòd ſucceſſionum huiuſmodi, quæ etiam indifferenter ex ſui natura ad pecuniam & etiam ad alia mobilia & immobilia ſe extendunt (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces.

2. Nec licet eis valorem hereditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati, dimitti ſibi facere, vel ſic dimiſſa recipere, quin potiùs iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus.

Redituum receptio prohibita.

3. Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur à Iure, ac huiuſmodi reditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet; nulla dubitatio eſt, quòd prædictis Fratribus reditus quoſcumque, ſicut

ſicut & poſſeſſiones, vel etiam eorum vſum, cùm eis non reperiatur conceſſus, recipere vel habere, conditione ipſorum conſiderata, non licet.

VII. ARTICVLVS.

De non aſsiſtendo in Curiis aut litibus.

1. AMpliùs, cùm non ſolùm quod malum eſſe dignoſcitur, ſed & omne, quod ſpeciem habet mali, ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandum; ex talibus autem aſſiſtentiis in Curiis & inſtigationibus, cùm de rebus agitur in ipſorum commoda conuertendis, creduntur veriſimiliter ex his, quæ foris patent (de quibus habent homines iudicare) in ipſis rebus Fratres aſſiſtentes aliquid quærere tamquam ſuum; nullo modo debent huiuſmodi voti & Regulæ Profeſſores ſe talibus curis & litigioſis actibus immiſcere, vt & teſtimonium habeant ab his qui foris ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, & euitetur per hoc ſcandalum proximorum. *Ab omni ſpecie mala abſtinendum.*

Non acceptandæ teſtamentorum executiones.

2. Verùm etiam cùm dicti Ordinis Fratres non ſolùm à receptione, proprietate,

tate, dominio ſiue vſu ipſius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualibet ipſius, & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſæpedictus Prædeceſſor noſter in Declaratione huius Regulæ planè dixit; cumque dicti Ordinis Profeſſores poſſint pro nulla re temporali in iudicio experiri, prædictis Fratribus non licet, nec competit, quin potiùs, conſiderata ſui puritate ſtatus, debent ſibi ſcire interdictum, quòd huiuſmodi executionibus & diſpoſitionibus ſe exponant, cùm hæc, vt ſæpiùs, abſque litigio, & contrectatione, vel adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri. Verumtamen in his exequendis dare conſilium, ipſorum ſtatui non obſiſtit: cùm ex hoc ipſis circa bona temporalia nulla iuriſdictio, ſiue actio in iudicio, ſiue diſpenſatio tribuatur.

VIII. ARTICVLVS.

Non habendi aut acceptandi horti ſuperflui.

1. LIcet verò non ſolùm ſit licitum, ſed & multum conueniens rationi, quòd Fratres, qui in laboribus ſpiritualibus orationis & ſtudij ſedulò occupantur, hortos & areas habeant competentes ad

Digitized by Google

ad recollectionem vel recreationem ſui, & interdum ad ſeipſos poſt labores huiuſmodi corporaliter deducendos, nec non ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſeipſis; habere tamen hortos aliquos, vt colantur, ac olera & alia hortalitia pretio diſtrahantur, nec non & vineas, repugnat ſuæ Regulæ & Ordinis puritati, ſecundùm quod dictus Prædeceſſor noſter declarauit, ac etiam ordinauit, quòd ſi talia ad vſus proximè dictos, vt puta agrum, vel vineam ad colendum, & conſimilia Fratribus legarentur, per omnem modum Fratres à receptione talium abſtinerent: cùm etiam præmiſſa habere, vt pretium fructuum ſuis temporibus habeatur, ad naturam & formam prouentuum appropinquet. Art. 5. §. 1.

IX. ARTICVLVS.

Non habenda granaria aut cellaria ſine euidenti neceſſitate.

1. RVrſus cùm prædictus Sanctus tam exemplis vitæ quàm verbis Regulæ oſtenderit, ſe velle quòd Fratres ſui & Filij, diuinæ prouidentiæ innitentes, ſuos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cæli paſcit, quæ non congregant in horrea, Matt. 6, 26.

horrea,nec ſeminant,nec metunt; non eſt veriſimile,voluiſſe ipſum eos habere granaria vel cellaria,vbi ſine quotidianis mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et idcircò non ex timore leui laxare ſe debent ad congregationes & conſeruationes huiuſmodi faciendas: ſed tunc tantùm, cùm eſſet multum credibile ex iam expertis, quòd non poſſent vitæ neceſſaria aliter inuenire. Hoc autem Miniſtrorum & Cuſtodum ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & Cuſtodiis, cum Guardiani, & duorum de Conuentu Diſcretorum Sacerdotum, & antiquorum in Ordine Fratrum conſilio & aſſenſu duximus iudicio relinquendum, eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerantes.

Nota.

X. ARTICVLVS.

Non ædificanda aut admittenda ædificia ſumptuoſa.

1. HInc eſt etiam, quòd cùm vir Sanctus Fratres ſuos in paupertate ſumma & humilitate fundare voluerit quoad affectum pariter & effectum, ſicut ferè tota Regula clamat; conuenit ipſis, quòd nullo modo deinceps fieri faciant, vel

Digitized by Google

vel fieri ſuſtineant Eccleſias, vel alia quæcumque ædificia, quæ, conſiderato Fratrum inhabitantium numero, exceſſiua in multitudine & magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quòd vbique in ſuo Ordine deinceps temperatis & humilibus ædificiis ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet.

Non habenda vaſa aut paramenta Eccleſiaſtica exceſsiua.

2. Quamuis etiam paramenta & vaſa Eccleſiaſtica ad honorem diuini nominis ordinētur, propter quem omnia fecit ipſe Deus: tamen qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi miniſtrantium reſpicit principaliter, non ad manum; nec per illa ſibi vult ſeruiri, quæ ſuorum ſeruitorum conditioni & ſtatui diſſonarent. Quapropter ſufficere debent eis vaſa & paramenta Eccleſiaſtica decentia, in numero & magnitudine ſufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretioſitas, vel quæcumque curioſitas, in his ſeu aliis quibuſcumque, non poteſt ipſorum profeſſioni vel ſtatui conuenire. Cùm enim hæc ſapiant theſaurizationem, ſeu

Deus animum reſpicit miniſtrantis non manum.

Superflua, curioſa, pretioſa cum paupertate non conueniunt.

ſeu copiam, paupertati tantæ, quoad humanum iudicium, derogant manifeſtè. Quapropter promiſſa ſeruari à Fratribus volumus & mandamus.

Quid agendum de equorum & ſimilium oblationibus.

3. Circa equorum verò & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obſeruandum, quod per declarationem prædictam in pecuniariis noſcitur eleëmoſynis definitum.

XI. ARTICVLVS.

Ad quem vſum arctum teneantur Fratres ex Regula.

1. EX prædictis autem ſuccreuit non parum ſcrupuloſa quæſtio inter Fratres, videlicet, vtrùm ex ſuæ Profeſſione Regulæ obligentur ad arctum & tenuem ſiue pauperem vſum rerum: quibuſdam ex ipſis credentibus & dicentibus, quòd ſicut quoad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctiſſimam, ita ipſis quoad vſum arctitudo maxima & exilitas eſt indicta; aliis in contrarium aſſerentibus, quòd ex Profeſſione

feſſione ſua ad nullum vſum pauperem, qui non exprimatur in Regula, obligantur, licet teneantur ad vſum moderatum temperantiæ, ſicut & magis ex condecenti, quàm ceteri Chriſtiani. Volentes itaque conſcientiarũ prædictorum Fratrum prouidere quieti, & his altercationibus finem dare; declarando dicimus, quòd Fratres Minores ex Profeſſione ſuæ Regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos vſus, ſeu pauperes, qui in ipſorum Regula continentur: & eo obligationis modo, ſub quo continet ſeu ponit Regula dictos vſus.

Ad arctos vſus rerum Regula obligat.

2. Dicere autem, ſicut aliqui aſſerere perhibentur, quòd hæreticum ſit tenere, vſum pauperem includi, vel non includi ſub voto Euangelicæ paupertatis, præſumptuoſum & temerarium iudicamus.

XII. ARTICVLVS.

De electione & confirmatione Miniſtrorum Prouincialium.

1. DEmum, quia ex eo, quòd dicta Regula, per quos & vbi fieri debeat Miniſtri Generalis electio tradens, nullam fecit de Miniſtrorum Prouincialium electione vel inſtitutione penitus mentionem, oriri ſuper hoc poterat du- Cap. 8.

Digitized by Google

bitatio inter Fratres : Nos volentes poſſe ipſos clarè ac ſecurè procedere in omnibus factis ſuis, declaramus, ſtatuimus etiam, & ordinamus hac Conſtitutione in perpetuum valitura, vt, cùm alicui Prouinciæ de Miniſtro fuerit prouidendum, ipſius Miniſtri electio penes Capitulum Prouinciale reſideat: quam idem Capitulum die ſequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio ad Miniſtrum pertineat Generalem.

Capitulum Prouinciale eligere debet Miniſtrum.

2. Et ſi quidem ad electionem huiuſmodi per formam ſcrutinij procedatur, & votis in diuerſa diuiſis electiones plures in diſcordia celebrari cóntingat; illa quæ à maiori parte Capituli numero (nulla zeli vel meriti collatione aut conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione aut contradictione quacumque alterius partis non obſtante, per dictum Generalem Miniſtrum de conſilio Diſcretorum de Ordine (priùs tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout ei ſecundùm Deum viſum fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata, ad Capitulũ Prouinciale electio huiuſmodi reuertatur. Ceterùm ſi Capitulum memoratum die

Electio rata, quæ à maiori parte Capituli facta.

Nota.

prædicta

prædictaMiniſtrum eligere prætermittat, ex tunc Miniſtri Prouincialis prouiſio ad Generalem Miniſtrum liberè deuoluatur.

3. Verùm ſi Miniſtro prædicto, & Capitulo Generalibus, ex certa, manifeſta, ac rationabili cauſa videretur aliquando in Prouinciis Vltramarinis, Hiberniæ, Græciæ, ſeu Romaniæ (in quibus hactenus alius prouidendi modus dicitur ex cauſa certa & rationabili fuiſſe ſeruatus) expedire, Miniſtrum Prouincialem, per Miniſtrum Generalem, cum proborum Ordinis conſilio, potiùs quàm per Capituli prædicti electionem præfici: in prouinciis Hiberniæ, & Vltramarinis irrefragabiliter; in Romania verò vel Græcia, quando Miniſter dictæ Prouinciæ moreretur, vel abſolueretur citra mare, illa vice ſeruetur abſque dolo, partialitate & fraude (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) quòd ſuper hoc dictus Miniſter cum dictorum proborum conſilio duxerit ordinandum. In deſtitutione verò dictorum Miniſtrorum Prouincialium ſeruari volumus, quod ſuper hoc hactenus de ipſo Ordine extiterit obſeruatum.

In Vltramarinis Miniſtri à Generali renunciantur.

4. Ceterùm ſi contingeret eoſdem Miniſtro Generali carere, per Vicarium Ordinis fiat ſuper hoc, quod faciendum

Vicarius Ordinis.

Digitized by Google

ſuerit per eumdem Miniſtrum, vſquequò prouiſum fuerit de Generali Miniſtro.

Porrò ſi quid de huiuſmodi Miniſtro Prouinciali ſecùs attentari fortè contigerit, illud ipſo facto ſit irritum & inane.

Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum, dictorum, commiſſionis, reſponſionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, conſtitutionum, indicationum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Viennæ, pridie Nonas Maij, Pontificatus noſtri anno 7.

S. BERNARDINVS
Tractatu de proprietariis.

1. VIolant votum, & proprietarij ſunt, qui rem quamcumque, aut à quocumque donatam, Prælato in fraudem celant; vel cùm præcipit vt reddatur,

Digitized by Google

datur, vel alteri concedatur, aut detur, non ſtatim reddunt.

2. Qui vſum rerum Communitatis in proprium vſum commutant, aut aliis dant ſine licentia Prælatorum.

3. Qui abſcondunt clauem, ne Prælatus quidquam tollat, aut aliud diſponat: & ſi quid tollitur, turbantur & murmurant.

4. Qui deliberatè eo ſunt animo, vt ſi quid tolleretur, aut repeteretur, non ſtatim acquieſcerent.

5. Item peccant in Votum, qui Miſſam celebrant peccuniâ, quando Fratres tunc pro tempore præſenti, vel de proximo imminenti, non habent neceſſe recurrere ad amicum ſpiritualem, vt aliquid ſoluatur, aut ematur.

6. Qui eleëmoſynam pro neceſſitate depoſitam aut datam nolunt expendere, ſed per modum prouidentiæ in futurum aut theſaurizationis reſeruant, quærentes interim alia.

7. Qui rem habitam reſeruant ſuperfluè, aut reponunt, nolentes vti, ne deſtruatur, & vt in futuro ſibi non deficiat.

8. Qui pecuniam à dantibus in dando ſpecialiter ad certos vſus deputatam commutari faciunt in alios vſus ſua auctoritate,

ritate , contra expreſſam voluntatem donantium.

9. Qui ea , quæ ad obſequium mortuorum dantur, vel ſimilia , vendunt , aut in aliud commutant ſuo nomine & auctoritate , præter voluntatem & auctoritatem Procuratorum, Papæ , aut dantium.

Digitized by Google

CONSTITVTIO PAVLI PAPÆ V.

Qua declarat, Fratres Capucinos eſſe verè Fratres Minores, & S. FRANCISCI filios: nec non eorumdem Capucinorum approbat Conſtitutiones.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ECCLESIÆ militantis regimini, auctore Domino, nullo ſuffragio meritorum præſidentes, ex iniuncto Nobis officij debito prouidere tenemur, vt qui ſub beati Franciſci vexillis, qui inter ſtrenuos Chriſti Duces gloriæ ſplendore coruſcat, in huius vitæ militia ſub ſtrictioris eiuſdem beati Franciſci Regula diſciplinæ Altiſſimo obſequium præſtant, & per corporis caſtigationem, per diuitiarum contemptum, ſuique ipſius abnegationem, ieiuniis, orationibus, ſacris prædicationibus, aliiſque Religioſis

 operibus

Digitized by Google

operibus vacantes, verbo & exemplo veros ſeſe beati Franciſci imitatores & germina oſtendunt, tales ab omnibus abſque vlla controuerſia habeantur. Cùm itaque, ſicut accepimus, à nonnullis reuocetur in dubium, an Fratres Ordinis eiuſdem ſancti Franciſci, Capucini nuncupati, ſint verè Fratres Minores; & etiam, quoniam Regulam S. Franciſci profitentur, filij ſancti Franciſci, cùm tempore ſancti Franciſci inſtituti non fuerint; pariterque, an eorum Conſtitutiones aliquid habeant, quod Regulæ ſancti Franciſci repugnet: Nos dubia huiuſmodi Apoſtolicæ declarationis oraculo decidere cupientes, cum Venerabilium Fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum, conſilio, matura deliberatione habita, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, auctoritate Apoſtolica declaramus, Fratres Capucinos eſſe verè Fratres Minores, ac etiam (quamuis tempore ſancti Franciſci minimè inſtituti fuerint, cùm tamen eius Regulam profiteantur, atque eorum Inſtituta congruant tam Regulæ ſtatutis, quàm eiuſdem Regulæ declarationibus, quæ habentur in Conſtitutione felicis recordationis Clementis Papæ V. Prædeceſſoris

ris noſtri in Generali Concilio Viennen. edita, quæ incipit, *Exiui de Paradiſo*) filios ſancti Franciſci. Eorum præterea Conſtitutiones nihil continere, quod non ſit Regulæ S. Franciſci prędictæ conſentaneum; ſicque ab omnibus & ſingulis cenſeri, ac reputari & iudicari debere, ac irritum & inane, quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocircà omnibus & ſingulis venerabilibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis noſtris & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis per præſentes mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte prædictorum Fratrum Capucinorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus & ſingulis iuxta præſentium continentiam & tenorem pacificè frui & gaudere; non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari: contradictores quoſlibet & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas

nas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo; nec non legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem & auctoritate prædicta decernimus, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die XV. Octobris, M. DC. VIII. Pontificatus noſtri anno quarto.

Scipio Cobellutius.

CON-

Digitized by Google

CONSTITVTIO VRBANI PAPÆ VIII.

Qua declarat, Fratres Capucinos fuiſſe & eſſe ex vera & numquam interrupta linea, ac veros & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, & illius Regulæ obſeruatores, &c.

VRBANVS PP. VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SALVATORIS & Domini noſtri, qui charitas eſt & Deus pacis, vices (licet immeriti) gerentes in terris, inter grauiſſimas multiplicesſque Apoſtolicæ ſeruitutis curas, in eam peculiari ſolicitudine iugiter incumbimus, vt Chriſti fideles, qui in ſortem Domini vocati, eius obſequiis diu noctuque mancipati ſunt, ſublatis quibuſlibet dubiis & controuerſiis, Altiſſimo reddant abundanter

Digitized by Google

danter fructus ſuos; nec ab iis, quorum eſt euangelizare pacem & bona, veritatem verò temerè impugnando, pacem cum ſcandalo puſillorum ſcindere non verentur, à ſua ſancta vocatione diſtrahantur. Aliàs ſiquidem à fel. rec. Paulo Papa V. Prædeceſſore noſtro accepto, à nonnullis in dubium reuocari, an Fratres Ordinis eiuſdem S. Franciſci, Capucini nuncupati, eſſent verè Fratres Minores, & etiam quoniam Regulam ſancti Franciſci profitentur, filij ſancti Franciſci, cùm tempore ſancti Franciſci inſtituti non fuerint, pariterque, an eorum Conſtitutiones aliquid haberent, quod Regulæ ſancti Franciſci repugnaret; idem Paulus Prædeceſſor ſua perpetuò valitura Conſtitutione declarauit, Fratres Capucinos eſſe verè Fratres Minores; ac etiam, quamuis tempore ſancti Franciſci minimè inſtituti fuerint, cùm tamen eius Regulam profiteantur, atque eorum inſtituta congruant tam Regulæ ſtatutis, quàm eiuſdem Regulæ declarationibus, quæ habentur in Conſtitutione fel. record. Clementis Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, in generali Concilio Viennenſi edita, quæ incipit, *Exiui de paradiſo*, filios ſancti Franciſci; eorum prætereà Conſtitutiones nihil continere, quod non

ſit

ſit Regulæ ſancti Franciſci prefatæ conſentaneum; irritanti etiam decreto deſuper appoſito, & aliàs prout in dicti Pauli Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Breuis ſub die XV. Octobris M. DC. VIII. expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Cùm autem, ſicut dilectus filius Franciſcus Genuenſis, eorumdem Fratrum Capucinorum Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, prætextu illorum verborum, videlicet, *Quamquam tempore beati Franciſci inſtituti non fuerint*, à nonnullis in dubium reuocetur, an iidem Fratres Capucini ex vera & numquam intermiſſa linea ſancti Franciſci originem trahant: Nos æquum & rationi conſonum fore cenſentes, vt qui verbo & exemplo veros ſeſe beati Franciſci imitatores oſtendunt, tales ab omnibus abſque vlla controuerſia habeantur, attentiuſque conſiderantes, eorumdem Fratrum Capucinorum originem, ſeu principium illorum, eſſe realiter & cum effectu computandum à tempore primæuæ & originalis inſtitutionis Regulæ Seraphicæ, cuius obſeruantiam ipſi Fratres Capucini ſemper ſine aliqua interruptione continuarunt; eo-

rumdem

rumdem Fratrum Capucinorum quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere, eoſdemque Fratres Capucinos ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Franciſci Procuratoris Generalis totius Ordinis eorumdem Fratrum Capucinorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; re priùs per Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales negotiis Regularium præpoſitos maturè diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, Fratres Capucinos præfatos fuiſſe & eſſe ex vera & numquam interrupta linea, ac veros & indubitatos Fratres Ordinis ſancti Franciſci, & illius Regulæ obſeruatores; ſubque ipſius beati Franciſci Regula militaſſe, & ad præſens quoque militare, ſicque ab omnibus & ſingulis cenſeri ac reputari

&

& iudicari debere, irritumque & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus & declaramus. Quocircà omnibus & ſingulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis Filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Capucinorum præfatorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſſis omnibus & ſingulis, iuxta præſentium continentiam & tenorem pacificè frui & gaudere: non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis

vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariisquibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 28. Iunij M. DC. XXVII. Pontificatus noſtri anno quarto.

V. Theatin.

Iuxta exemplar editum Romæ in Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1627. Infraſcriptum: *Publicentur. Datum in noſtro Palatio* 20. *Auguſti* 1627. *Fabius Archiepiſcopus Compſanus Nuntius.*

Locus ſigilli.

CO-

Digitized by Google

COPIA

Litterarum miſſarum à Reuerendo admodum P. Procuratore Curiæ Romanæ ad R. P. Prouincialem Prouinciæ Flandriæ, Ordinis FF. Capucin.

REVERENDE Pater, capucium, habitus, mantellus, chorda & ſoleæ ſeu ſandalia, quæ nos Capucini portamus, gemmæ ſunt & reliquiæ paupertatis S. P. N. Franciſci; quarum ſemper ab initio Reformationis vſque in hunc diem fuimus poſſeſſores. Verùm enimuerò cum harum gemmarum &reliquiarum poſſeſſio (vti diximus) ſemper noſtra fuerit; nulla ratio vult, nec Ordinarius quiſpiam permittere debet, vt alij Religioſi qualeſcumque harum inuaſores & poſſeſſores exiſtant: & quia in diuerſis partibus Italiæ, Portugalliæ, Hiſpaniæ, Galliæ & Germaniæ plures Regulares variorum Ordinum has reliquias inuaſerunt, & de facto poſſeſſionem acceperunt, in graue noſtrum damnum & præiudicium. Et quod amplius eſt, non deſunt qui & ipſum nomen Capucino-

rum eripiunt;imò (quod peius eſt) nomen Capucinorum Reformatorum ſibi adſcribunt.

Hinc eſt quòd pro remedio opportuno ſæpiùs recurri ad Sanctitatem D. N. Papæ, & ad Sanctam Congregationem Cardinalium ſupra Regulares: & tandem obtinui Breue, cuius Tranſſumptum mitto, non ſolùm ad P. V. ſed ad omnes & ſingulas Prouincias Ordinis noſtri. Supereſt vt R. V. ſeruet hæc Tranſſumpta, & vbi neceſſe fuerit iis vtatur, & Ordinariis exhibeat, ad quos deſtinantur; vt videre eſt in ipſo titulo Breuis Apoſtolici. Româ 22. Februarij 1622.

R. P. T.

Seruus

F. Hieronymus à Caſtello Ferettorum Procurator Curiæ.

TRANS-

Digitized by Google

TRANSSVMPTVM BREVIS S. D. N. GREGORII PP. XV.

Innouantis, & in vſum reducentis pro Fratribus Minoribus Capucinis ſancti Franciſci Conſtitutiones Apoſtolicas fel. rec. Gregorij XIII. & Gregorij XIV. & committentis & mandantis Ordinariis locorum Regnorum Hiſpaniæ, Franciæ, aliorum Regnorum, & Prouinciarum Italiæ, ne aliis quibuſuis Religioſis cuiuſcumque Ordinis, ſocietatis & inſtituti Regularibus, ſub quouis prætextu in poſterum nomen vel habitum ipſorum Fratrum Capucinorum ſibi vendicare vel vſurpare permittant, ſed ipſas editas Conſtitutiones per Eccleſiaſticas cenſuras & pœnas obſeruari faciant.

GREGORIVS PAPA XV.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Ex iniuncto Nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad ea, per quæ Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium, quieti & paci opportunè conſulitur, libenter intendimus, ac in his officij noſtri partes interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem à fel. rec. Gregorio XIII. & Gregorio XIV. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris emanarũt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet, GREGORIVS PAPA XIII. ad perpetuam rei memoriam. Regularium perſonarum, præſertim exemplarem vitam in humilitatis & paupertatis ſpiritu ducentium, quieti ac indemnitati pro commiſſo Nobis paſtoralis officij debito conſulere cupientes, ad ea remouenda, quæ ipſis præiudicium adferre, & ſcandali materiam præſtare dignoſcuntur, curam

noſtram

noſtram libenter intendimus. Accepimus ſiquidem, quòd licet aliàs fel. rec. Paulus Papa III. Prædeceſſor noſter, per ſuas litteras inter alia diſtrictiùs inhibuerit quibuſuis perſonis, cuiuſcumque conditionis exiſterent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum Capucinorum nuncupatorum geſtari ſolitum, niſi ſub pro tempore exiſtentis Vicarij generalis eiuſdem Ordinis obedientia & cura permanerent, geſtare quoquo modo præſumerent, & piæ memoriæ Pius Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter litteras Pauli Prædeceſſoris huiuſmodi, ita quòd nullus, cuiuſcumque conditionis exiſteret, non ſolùm habitum præfatum iuxta litterarum Pauli Prædeceſſoris huiuſmodi tenorem, verùm etiam nec ita conſimilem, quod propter eum poſſit credi Frater eorum Congregationis, niſi ſub præfati Vicarij generalis pro tempore exiſtentis obedientia & cura permaneret, ſub ſimili pœna excommunicationis latæ ſententiæ quoquo modo geſtare præſumeret, per alias ſuas litteras confirmauerit, & approbauerit, ac etiam ad id extenderit; nihilominùs multi Fratres Tertiarij nuncupati, Ordinis Minorum

 Con-

Conuentualium Sancti Franciſci nuncupatorum, in Regno Siciliæ degentes, habitum eiuſdem panni & coloris, quo ipſi Fratres Capucini vtuntur, geſtare, & ſaluo quòd capucium rotundum more Fratrum Conuentualium huiuſmodi deferunt, in reliquis ita conſimiles eiſdem Fratribus Capucinis incedere præſumunt, vt paſſim à populo pro Capucinis habeantur, & reputentur, ac illis tamquam talibus eleëmoſynæ & oblationes elargiantur, non ſine eorumdem Capucinorum, qui ea ratione eleëmoſynis huiuſmodi ab aliis ſuo nomine interceptis fruſtrati remanent, præiudicio & incommodo, ſed etiam graui dictæ plebis offenſione & ſcandalo, dum quos diſciplinæ regulari ipſorum Fratrum Capucinorum mancipatos credit, eis pecuniarum vſum ac rerum commercium permitti intuetur. Quocirca Nos rationi conſonum eſſe rati, vt qui in obſeruantia vitæ regularis vniformes non ſunt, iidem etiam habitus delatione diſtinguantur, in præmiſſis ad euitandas confuſiones & contentiones, quæ, niſi habitus vtrimque diſtinguantur, oriri poſſent, prouidere volentes, ac ſingulas litteras Prædeceſſorum huiuſmodi, & in eis contenta quæcumque pro expreſ-

ſis

ſis habentes, & harum ſerie approbantes, & confirmantes, atque etiam innouantes, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra ſtatuimus, & ordinamus, quòd ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus huiuſmodi Fratres Tertiarij nuncupati, dicti Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, in Regno Siciliæ exiſtentes, & ſub obedientia & cura dicti Vicarij generalis Capucinorum pro tempore exiſtentis non permanentes, ad inſtar aliorum Fratrum eiuſdem Ordinis Minorum Conuentualium ibidem degentium non ſolùm capucium rotundum, vt præfertur, ſed etiam habitum eiuſdem coloris, cuius eſt habitus dictorum Fratrum Conuentualium, videlicet Berrettini nuncupati, vt propterea à Capucinis Fratribus facilè diſcernantur, deferre debeant & teneantur; alioquin, ſi ſecùs fecerint, poſt ſex menſes ab intimatione præſentium pœnas Conſtitutionum Pauli & Pij prædictorum incurrant eo ipſo. Decernentes præſentes litteras de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ vel alio quopiam defectu, etiam ex eo quòd intereſſe habentes vocati non fuerint, ſeu quocumque alio prætextu notari, impugnari, inualidari, retractari, aut in ius

vel

vel controuerſiam reuocari, ſeu aduerſus eas, quodcumque iuris, gratiæ vel facti remedium impetrari nullo vmquam tempore poſſe; ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios vel delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere, irritũ quoque & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominùs vniuerſis & ſingulis dicti Regni locorum Ordinariis, in quorum Diœceſibus Fratres Tertiarij Ordinis Minorum Conuentualium huiuſmodi pro tempore degent, per præſentes committimus & mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Capucinorum prædictorum, vel aliorum, quorum intererit, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes faciant auctoritate noſtra litteras, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, quomodolibet in futurum, ſublato quocumque exemptionis priuilegio, inuiolabiliter obſeruari: Contradictores

quoſlibet

quoſlibet & rebelles per prædictas aliaſq; ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ipſas ſententias, cenſuras & pœnas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis; quæ omnia aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari volumus contrariis quibuſcumque; aut ſi Fratribus Tertiariis prædictis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint

per

per litteras Apoſtolicas,non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem,quòd præſentiũ tranſſumptis, etiam impreſſis,manupublici Notarij ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis eadem fides vbiq; in iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 4. Octob. M.D.LXXXI. Pontificatus noſtri anno decimo.

GREGORIVS PAPA XIV. ad perpetuam rei memoriam. Beati Franciſci Confeſſoris Sodalitas ab vno fundatore inſtituta, & ad eumdem Dei finem ordinata, vtriuſque Seraphicæ religionis nomine nuncupata, in plures Sodalitates & membra Apoſtolica permiſſione diuiditur, & quaſi circumamicta varietate, prout pietas diuerſimodè ſuadet, corde vno & anima vna Deum colit, & inſtar agri Dominici varios atque vberes fructus quotidie profert, & diſtinctiores & abundantiores, vt confidimus, in dies proferre non ceſſat. Sanè cùm ad aures noſtras peruenerit, aliàs fel. rec. Paulum Papam III. Prædeceſſorem noſtrum inter alia per ſuas in forma Breuis litteras, quibuſuis

buſuis perſonis, cuiuſcumque conditionis exiſterent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum ſancti Franciſci Capucinorum nuncupatorum geſtari ſolitum, niſi in eadem Congregatione eſſent, & ſub moderni & pro tempore exiſtentis Generalis eiuſdem Ordinis obedientia & cura permanerent, geſtare quoquo modo præſumerent, diſtrictiùs inhibuiſſe, & piæ mem. Pium Papam IV. etiam Prædeceſſorem noſtrum, litteras eiuſdem Pauli Prædeceſſoris confirmando. Inſuper, non ſolùm ne habitum prædictum iuxta litterarum ipſius Pauli Prædeceſſoris huiuſmodi tenorem; verùm etiam nec ita conſimilem, quòd propter eum poſſent credi Fratres Congregationis Capucinorum, geſtare deberent, ſub eadem excommunicationis pœna eo ipſo incurrenda prohibuiſſe. Et ſimiliter fel. rec. Gregorium Papam XIII. etiam Prædeceſſorem noſtrũ, litteras Prædeceſſorum huiuſmodi, & in eis contenta quæcumque pro expreſſis habendo, & innouando; Motu proprio, & ex certa eius ſcientia, eoſdem Fratres, qui Tertiarij ex Ordine Conuentualium dicuntur, non ſolùm capucium rotundum, ſed etiam habitum

habitum coloris berrettini, ſeu ſubcineri-
cij, ad inſtar Fratrum eorumdem Con-
uentualium, deferre deberent; ita vt à Fra-
tribus Capucinis facilè diſcernerentur, ſub
eiſdem Pauli III. & Pij IV. pœnis poſt
ſex menſes ipſo facto incurrendis ſtatuiſſe,
& ordinaſſe. Verùm quia iidem Fratres
qui Reformati Conuentualium dicuntur,
ita conſimiles eiſdem Fratribus Capucinis
incedere præſumunt, vt paſſim à populo
pro Capucinis habeantur, ac illis tam-
quam Capucinis eleëmoſynæ & obla-
tiones conferuntur, non ſine graui plebis
offenſione & ſcandalo, dum reputantur
Capucini eſſe. Idcircò rationabile exiſti-
mantes, vt qui ex inſtituto Regulæ, atque
in vitæ regularis obſeruantia vniformes
non ſunt, etiam habitus diſtinctione dig-
noſcantur; vtque Prædeceſſorum hu-
iuſmodi litterarum contemptus & contu-
macia ſeuerioris diſciplinæ cenſuram in-
ueniat, ad euitandas etiam confuſiones
& contentiones, quæ exinde oriri poſ-
ſent; hac noſtra perpetua valitura Con-
ſtitutione, ſingulas Prædeceſſorum hu-
iuſmodi litteras, & in eis contenta quæ-
cumque pro expreſſis habentes, & ha-
rum ſerie approbantes, & confirmantes,
atque etiam innouantes; Motu etiam
ſimili,

ſimili, & ex certa ſcientia noſtra ſtatuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus huiuſmodi Fratres Reformati non ſolùm in Vrbe, ſed etiam vbique locorum per vniuerſum Orbem exiſtentes, vt verè & realiter à Capucinis diſtinguantur, & dignoſcantur, præter capucium penitus rotundum, & colorem berrettinum, vel ſubcinericium, vt præmiſſum eſt, etiam mantellum longius ad Conuentualium longitudinem deferre, & mozzettam latam, & longam, non ſub mantello, ſed ſupra geſtare teneantur. Inſuper ſtrictiori Capucinorum prædictorum vitæ conſulentes, ne ab eiſdem Reformatis ipſi Capucini admitti vel recipi poſſint ſub eadem excommunicationis ſententia, ipſo facto tam ab ipſis Capucinis receptis, quàm Reformatis recipientibus incurrenda, interdicimus, & prohibemus; & nihilominùs actum ipſum receptionis & tranſitus tamquam indebitè factum, ex nunc, prout ex tunc irritum, & penitus nullum eſſe decernimus, & declaramus. Et quoniam ſimiliter accepimus, nonnullos alios, qui ſub Eremitarum vocabulo nominantur, vagos, aut profugos, ac acephalos ſub nullius obedientia degentes, nec Epiſcoporum

porum iuriſdictioni ſe ſubiicientes, ſine aliqua licentia vel loci aſſignatione, non ſine graui fidelium ſcandalo huc illuc vagari, eorumdem Fratrum Capucinorum habitum, vel adeò conſimilem geſtantes, vt facilè pro Capucinis reputentur; Motu pari, eoſdem Eremitas, ſine litteris dimiſſoriis alicuius ſuperioris Ordinis approbati, de cuius gremio ſint, vel Epiſcopi loci illius vbi degunt, vagari, aut ex propriis locis diſcedere non poſſe, & in primis ab habitu Capucinorum eiſdem ſaltem, vel aliis notioribus differentiis diſtingui & dignoſci debere omnino præcipimus, & iubemus. Mandantes propterea vniuerſis & ſingulis Fratribus Reformatis prædictis, eorumque ſuperioribus, ac ipſis Eremitis acephalis, & ſine obedientia itinerantibus, præter pœnas per Prædeceſſores prædictos inflictas, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque grauioribus pœnis arbitrio noſtro imponendis, vt præmiſſa omnia & ſingula, omni excuſatione & tergiuerſatione poſtpoſita, infra ſex menſium ſpatium à data præſentium computandum, ſtatim adimpleant, & exequantur. Quod ſi facere diſtulerint, vel neglexerint, eos per Almæ Vrbis Vicarium noſtrum

ſtrum hîc in Vrbe eiuſque diſtrictu, ac per locorum Ordinarios vbi Fratres prædicti reperiantur, per carcerationem, aliaque opportuna iuris & facti remedia, prout contumacia cuiuſque exegerit, cogi & compelli poſſe, ac debere volumus, & iubemus. Et nihilominùs irritum & inane decernimus quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, regula noſtra, de iure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, & vtrarumque regularum, ſiue Ordinum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, regulis, & inſtitutis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis Fratribus & Eremitis prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd præſentium tranſſumptis etiam impreſſis manu publici Notarij ſubſcriptis,

& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides vbique in iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die VI. Iunij M. D. XCI. Pontificatus noſtri anno primo. Cùm itaque ſicut dilectus filius Procurator generalis eorumdem Fratrum Capucinorum totius Ordinis huiuſmodi nomine Nobis nuper exponi fecit, nonnulli in Hiſpaniarum, Galliæ, & aliorum fortaſſe Regnorum, & Prouinciarum, necnon in aliquibus Italiæ partibus nomen & habitum eorumdem Fratrum Capucinorum ſibi vendicent. Nos præmiſſis quantum cum Domino poſſumus obuiare volentes, ſupplicationibus eiuſdem Procuratoris nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Præpoſitorum conſilio, locorum Ordinariis in eiſdem Regnis & Prouinciis exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, ne nomen vel habitum præfatorum Fratrum Capucinorum ab aliis quibuſuis Religioſis, ſeu cuiuſcumque Ordinis, ſocietatis, vel inſtituti Regularibus,

bus, ſub quouis prætextu in poſterum ſibi vendicare aut vſurpare permittant, ſed Conſtitutiones Apoſtolicas dictorum Gregorij XIII. & Gregorij XIV. Prædeceſſorum huiuſmodi per Eccleſiaſticas cenſuras & pœnas obſeruari faciant. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium tranſſumptis etiam impreſſis manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides vbique in iudicio & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IX. Decembris M.DC.XXI. Pontificatus noſtri anno primo.

S. Card. S. Suſannæ.

Chryſantes Roſcielus Cur. Cameræ Apoſtolicæ Notarius in cera rubea.

Locus ſigilli.

VRBANVS PAPA VIII.

Venerabili Fratri Ioanni Franciſco Archiepiſcopo Patracenſi, noſtro & Apoſtolicæ Sedis in Belgicis ditionibus Nuntio.

VENERABILIS Frater, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper à Nobis emanarunt litteræ tenoris ſuſequentis, videlicet: Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. *In ſupremo Apoſtolatus ſolio, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione conſtituti, circa ſtatum Religioſorum Ordinum quorumcumque in Eccleſia Dei militantium proſperè dirigendum, mentis noſtræ aciem aſſiduè intendimus, eáque ſtatuimus & ordinamus, per quæ proſpero feliciq; eorum ſtatui atque directioni conſulitur, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cùm itaque cauſa inter dilectos filios Fratres Ordinis Minorum ſancti Franciſci,*

Capucinos

Digitized by Google

Capucinos nuncupatos, ex vna, ac Fratres eiuſdem Ordinis ſtrictioris Obſeruantiæ ex altera, partibus, de & ſuper reaſſumptione calopodiorum, & diſtinctione habitus, ad præſcriptum Bullarum per diuerſos Romanos Pontifices Pradeceſſores noſtros emanatarum, diu agitata, ac de mandato noſtro in Congregatione venerabilum Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium præpoſitorum, iterùm propoſita, per eoſdem Cardinales, auditis partibus, viſiſq; ſcripturis, maturè & diligentiſſimè perpenſa & examinata fuit: Nos eorumdem Religioſorum paci & quieti, feliciq; ac proſperæ directioni, quantum in Nobis eſt, prouidere volentes, de eorumdem Cardinalium conſilio, Motu proprio, & ex certa ſcientia ac matura deliberatione noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiſdem Fratribus ſtrictioris Obſeruantiæ, quatenus calopodia reaſſumere, ſoleáſque vbique per totam Italiam deponere, nec eas in poſterum recipere debeant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ, necnon quoad Superiores etiam ſuſpenſionis ab officiis ipſo facto incurrendis pœnis, tenore præſentium iniungimus; ac inſuper locorum Ordinariis, vt in caſu tranſgreſſionis Regulares ſtrictio-

ris Obſeruantiæ prædictos ad id cogant & compellant. Quo verò ad eiuſdem Ordinis Fratres Recollectos nuncupatos Galliæ, qui non deferunt ſoleas, ſed calopodia, cùm conſtet eos caputium aliquantiſper acuminatum deferre, Venerabili Fratri Bernardino Archiepiſcopo Damiatenſi moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro & Apoſtolicæ Sedis in Regno Franciæ Nuntio, per præſentes ſimiliter mandamus, vt opportunè curet, quòd omnino rotundum caputium mozzettámque largiorem aſſumant. Prætereà ad pleniorem certioremq́ prouiſionem, inhærendo præſertim litteris fel. rec. Clementis VII. & Gregorij XIII. Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſorum noſtrorum, per eaſdem præſentes pariter mandamus, prædictos Fratres ſtrictioris Obſeruantiæ non moleſtari, quin vilioribus & repetiatis pannis & deſpecto colore vtantur; ſed volumus ſub eiſdem pœnis, quòd eorum forma habitus, quoad caputium rotundum, mozzettam latam, & mantellum perpetuò protenſum, ſit & eſſe debeat Obſeruantiæ Fratribus omnino conformis, illumq́ intra duos menſes aptare ac geſtare debeant; atque ita per quoſcumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari & diffiniri debere, ac irritum

&

& inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus & declaramus. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Fratribus ſtrictioris Obſeruantiæ, illorumq; Superioribus, & quibuſuis aliis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum omnium tenoribus, præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, ceteríſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur,

 tur,

tur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die X. *Ianuarij* M. DC. XXIIII. *Pontificatus noſtri anno primo.*

Quare nos eorumdem Fratrum, & præcipuè in Belgicis ditionibus degentium, quieti & paci, quantum cum Domino poſſumus, peramplius conſulere volentes, Motu, ſcientia, deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus, præinſertas litteras noſtras ad omnes & ſingulos dicti Ordinis ſtrictioris Obſeruantiæ Fratres in Belgicis ditionibus exiſtentes tenore præſentium extendimus, eoſque ſub dictis litteris comprehendi & comprehenſos eſſe ac cenſeri volumus & declaramus; decernentes irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quocumque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocircà tibi per præſentes committimus & mandamus, quatenus per te, vel alium ſeu alios, eaſdem præinſertas litteras, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Capucinorum prædictorum fueris requiſitus, ſolemniter publicans, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, facias auctoritate noſtra illas ab omnibus & ſingulis ad quos ſpectat, & in futurum

futurum quomodolibet ſpectabit, firmiter & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri; non permittens, eoſdem Fratres Capucinos per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtante fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, aliiſque omnibus & ſingulis, quæ in eiſdem præinſertis litteris conceſſa ſunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xx. Septemb. M. DC. XXIV. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

V. Theatin.

Digitized by Google

SPECTANTIA AD ELECTIONES.

Prælegenda ante electiones Electoribus congregatis, ex Conſtitutionibus noſtris.

1. IN omnibus electionibus purè, ſimpliciter, ſanctè & Canonicè procedant. *Conſtit. c.* 8. §. 2.

2. Porrò ſcrutinia in omnibus Capitulis noſtris tam Generalibus quàm Prouincialibus ac localibus fiant viuâ voce & ſecretâ, ſic vt eligentium nomina nullo vmquam tempore prodantur; prout vult & mandat ſacrum
Seſſ. 26. c. 6. Concil. Trident. Neque liceat abſentum voces ſupplere.

Quòd ſi contra determinationem huius decreti ad quodcumque officium fuerit quis electus, talis electio irrita ſit & nulla. *Conſtit. c.* 8. § 3.

3. Declaratur prætereà Fratribus omnibus, in qualibet electione neceſſarium eſſe

eſſe ac ſufficere, vt qui electus fuerit per ſuffragia, plus habeat quàm eorum medietatem: notumque facimus in omni electione ſub pœna peccati mortalis eum eſſe eligendum, qui ad id officij, ad quod eligitur, habetur melior & magis idoneus omni alio reſpectu ſepoſito. *Conſtit* c. 8. §. 4.

DECRE-

DECRETVM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Contra procurantes vota in electionibus.

VT omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa vel indirecta vocum ſeu ſuffragiorum procuratione tam pro ſeipſis quàm pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris, præſertim generalibus Capitulis aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicumque ſecùs fecerint, præter alias pœnas & cenſuras hactenus contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum quæ obtinent eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur: ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſint, niſi à Nobis, vel Succeſſoribus noſtris,

&

Digitized by Google

& pro qualitate culparum grauiùs etiam plectantur. Porrò ſupradictas omnes ad complices ac ſimpliciter ſcientes & non reuelantes extendimus.

In Superiorum & Officialium omnium electionibus forma præſcripta à Concilio Tridentino & Ordinis Conſtitutionibus inuiolabiliter ſeruetur; iurentque Electores ſecundùm veritatem cuiuſque conſcientiæ, probiores ac magis idoneos ſe electuros; ac propterea priuſquam ad electionem deueniatur, in primis & ante omnia prælegantur Conſtitutiones de qualitate & requiſitis eligendorum. Ad officia, gradus & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſſint & conſueuerint Regulas Ordinis & Conſtitutiones obſeruare, præſertim quæ pertinent ad ſeruitium Chori, ac veſtitum & victum communem.

Hoc decretum deſumptum eſt ex conſtitutione lx. CLEMENTIS VIII. *cuius titulus eſt :* Decreta generalia pro Reformatione Regularium, *&c. Et incipit:* Nullus omnino. *Vide BullariumLaërtÿ Cherubini tom.* 3. *fol.* 82. *col.* 1. §. 22. 23. *renouatum & confirmatum ab* VRBANO VIII. *Tom.* 4. *fol.* 272. *col.* 2. §. 35. 36.

FOR-

FORMA IVRAMENTI
præſtandi ante electiones.

TEſtor Chriſtum, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, me ſecundùm Deum & conſcientiam electurum quem meliorem & magis idoneum iudicauero ad officium. N.

Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei Euangelia.

FOR-

Digitized by Google

FORMA PROCLAMANDI Patres electos in Capitulis ſeu Generalibus ſeu Prouincialibus.

In electione Diffinitorum Capituli Generalis.

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, eius ſanctiſſimæ Genitricis MARIÆ, ac Seraphici Patris noſtri Franciſci, totiuſque cæleſtis curiæ triumphantis. Amen.

Hæc eſt electio Canonica Reuerendorum PP. Diffinitorum præſentis Capituli Generalis, in hoc loco Immaculatæ Conceptionis de Vrbe congregati, facta hodie... menſis... anni...

In qua quidem electione electi ſunt in Patres Diffinitores,

R. P.

R. P. F. N. de N. qui habuit voces ...
R. P. F. N. de N. qui habuit voces ...
R. P. F. N. de N. qui habuit voces ...
R. P. F. N. de N. qui habuit voces ...
R. P. F. N. de N. qui habuit voces ...
R. P. F. N. de N. qui habuit voces ...

Et ego F. N. Compromiſſarius, nomine meo & Sociorum meorum Compromiſſariorum, virtute Compromiſſi limitati in nos facti, eligo, & electos eſſe pronuntio ipſos Reuerendos PP. Fratres N. N. N. N. N. N. in Diffinitores præſentis Capituli; in quorum electione veſtrûm pars maior conſentit.

In electione Reuerendi admodum Patris Generalis.

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, &c.

Hæc eſt electio Canonica admodum R. P. Miniſtri Generalis in hoc loco Immaculatæ Concept. de Vrbe, facta hodie ... menſis ... anni ....

In

Digitized by Google

In qua quidem electione electus eſt in Miniſtrum Generalem admodum R. P. F. N. qui habuit voces o.

Et ego F. N. Compromiſſarius, nomine meo & Sociorum meorum Compromiſſariorum, virtute Compromiſſi limitati in nos facti, eligo, & electum eſſe pronuntio ipſum admodum R. P. F. N. in Miniſtrum Generalem totius noſtræ Congregationis; in cuius electione veſtrûm pars maior conſentit.

Te Deum laudamus, &c.

In electione Diffinitorum Capituli Prouincialis.

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, &c.

Hæc eſt electio Canonica Reuerend. PP. Diffinitorum præſentis Capituli in hoc loco. N. ciuitatis ſiue terræ N. congregati, facta hodie die menſis . . . . anni . . . . &c.

In qua quidem electione electi ſunt in Patres Diffinitores,

M R. P.

Digitized by Google

R.P.F.N.de N.qui habuit voces ...
R.P.F.N.de N.qui habuit voces...
R.P.F.N.deN.qui habuit voces ...
R.P.F.N.deN.qui habuit voces ...

Et ego F. N. Compromiſſarius, nomine meo & Sociorum meorum Compromiſſariorum, virtute Compromiſſi limitati in nos facti, eligo, & electos eſſe pronuntio ipſos RR. PP. Fratres N.N.N.N. in Diffinitores præſentis noſtri Capituli; in quorum electione maior pars veſtrûm conſentit.

Si præſens ſit Reuerend. adm. P. Generalis, dicatur formâ ſequente:

Hæc eſt electio Canonica, &c. congregati ex impoſitione admodum R. P. F. N. de N. Generalis Miniſtri totius noſtræ Congregationis, præſidente ipſo & aſſiſtente, facta hodie, &c.

In

In electione R. Patris Prouincialis.

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, &c.

Hæc eſt electio Canonica Reuerendi P. Miniſtri Prouincialis huius noſtræ Prouinciæ N. in hoc loco N. ciuitatis ſiue terræ N. facta hodie ... menſis ... anni ... &c.

In qua quidem electione electus eſt inMiniſtrum Prouincialem huius noſtræ Prouinciæ N.R.P.F.N. de N. qui habuit voces ...

Et ego F. N. de N. Compromiſſarius, nomine meo & Sociorum meorum Compromiſſariorum, virtute Compromiſſi limitati in nos facti, eligo, & electum eſſe pronuntio ipſum R. P. F. N. in Miniſtrum huius noſtræ Prouinciæ; in cuius electione veſtrûm pars maior conſentit.

In electione Diſcreti localis:

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.

Hæc eſt electio Canonica Diſcreti huius loci noſtri N. facta ex impoſitione R. P. Miniſtri Prouinciæ hodie . . . menſis . . . anni . . . In qua electione P. F. N. habuit voces . . .

Et ego F. N. Diſquiſitor & Compromiſſarius, nomine meo & Socij mei Compromiſſarij, virtute Compromiſſi limitati in nos facti, eligo, & electum eſſe pronuntio P. F. N. in Diſcretum huius loci noſtri N. in cuius electione maior pars veſtrûm conſentit.

Forma litterarum teſtimonialium, quas ad Capitulum deferre debet Diſcretus Conuentus.

REuerendi in Chriſto Patres, &c. Fidem facimus, RR. PP. VV. qualiter

Digitized by Google

qualiter in noſtro locali Capitulo pro Diſcreto eligendo Canonicè congregato in primo, vel in ſecundo, ſiue tertio ſcrutinio electus fuit R. P. F. N. Sacerdos vel Laicus in Diſcretum loci noſtri N. &c. Rogamus igitur Reuerendas P P. V V. vt eum admittatis in noſtro Capitulo Prouinciali ad omnia legitimè celebranda, quæ de iure ſibi competi probè noueritis. Valete, ex loco noſtro N. de N. die .... &c.

R R. P P. V V.

obedientes filij, Fratres loci N. &c.

Superſcriptio.

Reuerendis Patribus, Miniſtro ac Diffinitoribus Capituli Fratrum Capucinorum Prouinciæ N. in loco N. congregatis, in Chriſto obſeruandiſſimis, &c.

CONSTITVTIO

PII PAPÆ IV.

Super formâ iuramenti Profeſſionis Fidei.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Hanc apud nos facere tenentur Prædicatores, Lectores, Conſtit. c. 9. §. 9.

INIVNCTVM nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens ad prouidam Eccleſiæ ſuæ directionem ſanctis Patribus in nomine ſuo congregatis diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem & gloriam incunctanter exequi properemus. Cùm itaque, iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus & Superioribus Eccleſiis præfigi, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam Orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ

Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoſcumque, quibus de Monaſteriis, Conuentibus, Domibus, & aliis quibuſcumque locis, Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militiarum, quocumque nomine vel titulo prouidebitur, idem ſeruari, & ad hoc, vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſolicitudinis partes in hoc alicui minimè deſiderari, formam ipſam præſentibus annotatam publicari, & vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipſius Concilij & alios prædictos ſpectat, recipi & obſeruari, ac ſub pœnis per Concilium ipſum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam, profeſſionem prædictam ſolemniter fieri, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, diſtrictè præcipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore:

PROFESSIO FIDEI.

EGo N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem

cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum IESVM CHRISTVM, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, ET HOMO FACTVS EST. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas: & aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterùm venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioq́ue procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas: & vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionē peccatorum. Et exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi, Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſq́ue eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes & conſtitutiones firmiſſimè admitto

Digitized by Google

admitto & amplector. Item ſacram Scripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto; nec eam vmquam niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam & interpretabor. Profiteor quoque, ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta nouæ Legis à Iesv Christo Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationē, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio & admitto. Omnia & ſingula, quæ de peccato originali & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter, in Miſſa offerri Deo verum proprium & propitiatorium Sacrificium pro viuis & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter

& ſubſtantialiter corpus & ſanguinem vnâ cum anima & diuinitate Domini noſtri IESV CHRISTI, fieriq́ue conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionem Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam, ſub altera tantùm ſpecie totum atque integrum CHRISTVM, verumq́ue Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſq́ue ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari: ſimiliter & Sanctos vnà cum CHRISTO regnantes venerandos atque inuocandos eſſe, eoſq́ue orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero, Imagines CHRISTI ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à CHRISTO in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq́ue vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe, affirmo. Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omniumq; Eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco: Romanoq́ue Pontifici, beati Petri Apoſtólorum Principis Succeſſori, ac IESV CHRISTI Vicario veram

Digitized by Google

ram obedientiam ſpondeo ac iuro. Cetera item omnia à ſacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor; ſimulq́ue contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas & anathematizatas, ego pariter damno & reiicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor & veraciter teneo, eamdem integram & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retineri & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego idem N. ſpondeo, voueo ac iuro: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Habeatur Miſſale, vel Euangeliorum liber, & iurans manum dexteram ſuperponat.

Volumus autem, quòd præſentes litteræ in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more legantur: & vt omnibus faciliùs pateant, in eius quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & mandati

Digitized by Google

dati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Idibus Nouembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Fed. Cardinalis Cæſius.

Cæſ. Glorierius

DECRE-

Digitized by Google

DECRETVM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Super caſuum reſeruationes ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum.

SANCTISSIMVS Dominus noſter, qui iam pridem accuratè perpendit ac re ipſa comperit, quòd reſeruatio facultatis abſoluendi Religioſos pœnitentes à quibuſdã peccatis grauioribus, niſi Superiores admodum prudenter ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidant, adducere poſſet in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem: ideò, vt huic malo ſua Sanctitas opportunè proſpiceret, decreuit, vt nemo Regularium Superiorum peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis iis quæ ſequuntur, aut omnibus aut eo-

rum

Digitized by Google

rum aliquibus, prout ſubditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

1. Veneficia, incantationes & ſortilegia.

2. Apoſtaſia à Religione, ſiue habitu dimiſſo ſiue retento, quando eò peruenerit, vt extra ſepta Monaſterij ſeu Conuentus fiat egreſſio.

3. Nocturna ac furtiua egreſſio è Monaſterio ſeu Conuentu etiam non animo apoſtatandi facta.

4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale.

5. Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus.

6. Occiſio aut vulneratio ſeu grauis percuſſio cuiuſcumque perſonæ.

7. Malitioſum impedimentum aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores.

8. Iuramentum falſum in iudicio regulari ſeu legitimo.

9. Procuratio, auxilium ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fetum, etiam effectu non ſecuto.

10. Falſificatio manus aut ſigilli Officialium Monaſterij aut Conuentus.

11. Furtum de rebus Monaſterij ſeu Con-

Digitized by Google

Conuentus in ea quantitate quæ ſit peccatum mortale.

Si quod aliud prætereà peccatum graue pro Religionis conſeruatione aut pro conſcientiæ puritate reſeruandum iudicabitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura diſcuſſione & conſenſu.

Non licet Superioribus Regularium ſubditorum confeſſiones audire, niſi quando peccatum aliquod reſeruatum admiſerint, aut ipſimet ſubditi ſponte aut proprio motu id ab eis petierint. Superiores in ſingulis Domibus deputent duos aut tres aut plures Confeſſarios pro ſubditorum numero maiori vel minori, iique ſint docti, prudentes, ac charitate feruidi, qui à non reſeruatis eos abſoluant: & quibus etiam reſeruatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe in primis Confeſſarius iudicauerit.

Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarij, qui poſteà ad Superioratus gradum fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quam de aliorũ peccatis in confeſſione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licebit

Digitized by Google

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis, à Confeſſariis imponendas, quæ ſubditos ab huiuſmodi perpetrandis cohibere poſſint.

Atque ita per quoſcumque Regularium Superiores, quicumque illi ſint, obſeruari mandauit, non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac cuiuſuis Concilij etiam Generalis decretis, necnon conſuetudinibus etiam ab immemorabili tempore obſeruatis, aut Regulis in Generalibus ſeu Prouincialibus Capitulis editis, ſtatutis & conſtitutionibus etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis, priuilegiis, indultis & conceſſionibus quibuſcumque, quorum tenores hîc pro expreſſis haberi voluit, ceteriſque in contrarium faciendum quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum die 26. menſis Maij, anno Domini 1593.

Andreas Sorbolongus
Secretar. Viſitation.

CON-

Digitized by Google

CONSTITVTIO PAVLI PAPÆ V.

Qua reuocat Indulgentias quoquo modo Religionibus & Ordinibus Regularibus conceſſas. Et alias Indulgentias nouas concedit.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ROMANVS Pontifex in beati Petri Sede conſtitutus; cui inter alia cæleſtis Indulgentiarum theſauri diſpenſandi cura incumbit; ſolicitè proſpicere debet ac ſolerter, vt huiuſmodi Indulgentiarum diſpenſatio & vſus, ad Dei gloriam & animarum ſalutem præcipuè dirigatur, & ne ex illarum multiplicitate confuſio aut inanis interpretatio exoriatur. *Edita anno 1606. Exordium.*

§. 1. Proinde cùm fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter magna cum diligentia & ſolicitudine procurauerit abuſus & corruptelas tum in commu-

Digitized by Google

nicando & diſpenſando Indulgentiarũ theſauros, tum in modo illos recipiẽdi irreptos tollere, & propterea ſua quadam Conſtitutione formam aggregandi, inſtituendi & rectè adminiſtrandi Societates & Confraternitates præſcripſerit, licet morte præuentus hanc piam eius voluntatem ad finalem executionẽ deducere, neque etiam vt cogitauerat circa Indulgentias à pleriſque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus, Religionibus, & Ordinibus Monaſticis & Mendicantibus diuerſis temporibus conceſſas aliquid deliberare potuerit.

Id igitur hic Pont. Cardd. examinandum commiſit.

§. 2. Nos, qui nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate ad ſummi Apoſtolatus officium vocati ſumus; ſuſceptum à tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes; vbi primum Catholicæ Eccleſiæ regimen ſuſcepimus, Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ad hoc opus à dicto Clemente Prædeceſſore deputatis, de quorum numero tempore ipſius Clementis Prædeceſſoris eramus, iniunximus, vt in illo opere ad vlteriora progrederentur & Indulgentias Regularibus conceſſas recognoſcerent; iiſque recognitis rem nobiſcum communicarent.

§. 3. Cùm itaque præfati Cardinales, priuile-

Digitized by Google

priuilegia, conceſſiones, & gratias prædictis Religionibuss & Ordinibus conceſſas diligenter inſpexerint & examinauerint, ac eorumdem Ordinum Superiores & Officiales pluries audiuerint ac circa eaſdem Indulgentias, varia dubia & incertitudines & confuſiones adeſſe compererint, & ex iudicio eorumdem etiam Regularium vel aliquorum ex illis nobis propoſuerint valdè expedire pro eorum maiori ſecuritate & beneficio, vt Indulgentias ipſis Religionibus & Ordinibus ad inſtar vel per communicationem, aut alio modo hactenus conceſſas annullaremus & reuocaremus ac alias particulares illis concederemus.

Qui Ordinũ Regularium indulta examinarunt & Indulgentias iam conceſſas reuocandas, & alias de nouo concedendas eſſe cenſuerunt.

§. 4. Nos matura ſuper hoc conſultatione præhabita; cupientes perſonis Regularibus quibuſcumque, quorumuis Ordinum tam Monaſticorum quam Mendicantium ſpirituale ſolatium & iuuamen afferre; infraſcriptas Indulgentias & gratias quas perſonis regularibus intra clauſtra aut extra, cum licentia tamen ſuorum Superiorum, legitima de cauſa illis conceſſa degentibus tantummodò ſuffragari debere declaramus, cõcedendas duximus.

Hic itaque Pontifex has de nouo Indulgentias eis concedit, videlicet,

§. 5. Omnibus igitur Chriſti fidelibus qui canonicè & iuxta ordines cuiuſlibet

Habitum regularem ſuſcipientibus,

 Religio-

Religionis, & Conſtitutiones Apoſtolicas habitum regularem à legitimis Superiobus cauſa profitendi in illo ſuſceperint, die primo eorum ingreſſus in ipſam Religionem, ſi verè pœnitentes & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam.

Profeſſionem emittentibus,

§. 6. Ac cuilibet Nouitio qui pœnitens & confeſſus ac ſacra Communione refectus poſt completum probationis annum, profeſſionem emiſerit, etiam plenariam.

In feſto principali ſui Ordinis celebrantibus, &c.

§. 7. Necnon cuilibet Religioſo intra clauſtra ſui Monaſterij viuenti, qui in feſto principali ſui Ordinis confeſſus ac ſacra Communione refectus fuerit; aut Miſſam recitans pro Chriſtianorum Principum concordia, hereſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam.

In mortis articulo pœnitentibus.

§.8. In cuiuſlibet verò mortis articulo; ſi pariter verè pœnitens & confeſſus, ac ſacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiuerit, ſaltem contritus, nomen IESV ore ſi potuerit, ſin autem corde deuotè inuocauerit, etiam plenariam.

Miſſam primam cele-

§. 9. Qui verò ad Presbyteratus ordinem canonicè promotus & confeſſus primam

primam Miſſam celebrabit; necnon etiam iis Religioſis, qui pariter confeſſi ac ſacra Communione refecti eidem Miſſæ interfuerint; aut ipſo die Miſſam ſimiliter celebrabunt, etiam plenariam. *brantibus, vel ei interessentibus.*

§. 10. Iis verò qui de ſuorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorum conuerſatione ſeparati in piorum librorum & aliarum rerum ſpiritualium animos ad deuotionem & ſpiritum inducentium lectionibus operam ſuam dederint, addendo ſæpè conſiderationes & meditationes, myſteriorum fidei Catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor nouiſſimorum, Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti & aliorum exercitiorum orationum iaculatoriarum, aut vocalium ſaltem per duas horas in diem & noctem orationibus mentalibus ſeſe exercendo, faciendo eodem tempore confeſſionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut Miſſam celebrauerint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. *Spirituale exercitium, de quo hîc, facientibus.*

Clauſtralibus eorum Eccleſias viſitantibus,

§. 11. Præterea iidem Religioſi intra clauſtra viuentes, qui ſuam Eccleſiam deuotè viſitauerint, & vt præfertur orauerint, conſequantur eaſdem Indulgentias; quas viſitantes Eccleſias Vrbis & extra eam diebus Stationum conſequuntur, in omnibus diebus perinde ac ſi ipſas Vrbis Eccleſias perſonaliter viſitarent.

Aliiſq; diebus orantibus.

§. 12. Omnibus item Religioſis intra clauſtra vt ſupra viuentibus; qui quinquies Orationem Dominicam & toties ſalutationem Angelicam ante altare eorum Eccleſiæ in quolibet die quinque annos & totidem quadragenas.

Prædicatoribus, Lectoribus, &c.

§. 13. Iis verò qui de ſuorum Superiorũ licentia in itinere exiſtentes, aut extra clauſtra degentes tamquam Prædicatores & Lectores, quinquies eamdem orationem Dominicam & toties ſalutationem Angelicam ante quodlibet Altare ſimiliter dixerint, etiam quinque annos & totidem quadragenas.

Orationem mentalem facientibus,

§. 14. Necnon etiam eiſdem Religioſis qui per menſem integrum, ſingulis diebus, ſpatio mediæ horæ orationem mentalem fecerint ac confeſſi & ſacra Communione vltima Dominica menſis huiuſmodi refecti fuerint; ſexaginta annos, & totidem quadragenas.

§. 15. Qui

Digitized by Google

§. 15. Qui verò contrito corde, & pœnitentes eorum culpas & peccata ac imperfectiones in Capitulis Culparum accuſabunt, & ſpiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient; tres annos & totidem quadragenas.

Culpas proprias in Capitulis accuſantibus.

§. 16. Quotieſcumque autem de licentia Summi Pontificis, aut ſuorum Superiorum in ditiones & terras infidelium aut hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles & hæreticos ipſos ad fidem Catholicam conuertendum, & Eccleſiæ gremio reducendum miſſi fuerint, ſi pœnitentes, & confeſſi, ac ſanctiſſima Communione refecti fuerint, vel Miſſam celebrauerint, vt meliùs ad huiuſmodi opus ſeſe parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri ſe accingent, & quando in Prouinciam, vbi prædicta opera eis exercenda erunt, ingreſſi fuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem, miſericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur.

Miſſiones ad terras infidelium acceptantibus, &c.

§. 17. Et inſuper cùm Superior in Viſitationibus generalibus Orationes quadraginta horarum pro bono viſitationis progreſſu collocare voluerit, iis Religioſis, qui

Orationibus quadraginta horarum à Superioribus Ordinum indictis intereſſentibus.

Digitized by Google

qui dictis orationibus ſaltem ſpatio duarum horarum diuerſo tempore interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, nec non diſciplinæ & obſeruantiæ regularis augmento pias ad Deum preces, vt ſuprà dictum eſt effuderint, ſi confeſſi, ac ſacra Communione refecti fuerint, aut Miſſam celebrauerint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum Indulgentiam & remiſſionem, vt præfertur, concedimus.

Declarat iiſdem Indulgentiis Moniales perfrui.

§. 18. Volumus autem, vt omnes ſupradictæ Indulgentiæ, & gratiæ Religioſis regularibus cuiuſuis Ordinis tam Monaſtici, quàm Mendicantis dumtaxat vt præfertur conceſſæ, etiam omnibus Monialibus cuiuſuis regulæ approbatæ, & intra clauſtra, cum tribus votis ſolemnibus viuentibus, & perpetuam clauſuram ſeruantibus tam Ordinariis locorum, quàm etiam Regularibus cuiuſcumque Ordinis, Regulæ, & inſtituti ſubiectis ſuffragentur. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Reuocat quaſcumque alias Indulgentias.

§. 19. Ceterùm omnes & ſingulas Indulgentias quibuſcumque Ordinibus & inſtitutis regularibus huiuſmodi, etiam Men-

Mendicantibus, & quibuſlibet perſonis Regularibus tam vigore priuilegiorum & litterarum Apoſtolicarum, quàm viuæ vocis oraculo aut aliàs quouis modo per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos & Apoſtolicam Sedem hactenus conceſſas, confirmatas, approbatas & innouatas auctoritate & tenore prædictis perpetuò reuocamus, caſſamus, annullamus, & abrogamus, & ad præſentium noſtrarum litterarum præſcriptum reducimus & moderamur.

§. 20. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac eorumdem Ordinum & Inſtitutorum Regularium, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis & litteris Apoſtolicis, etiam Mare magnum & Bulla aurea nuncupata eiſdem Ordinibus & inſtitutis, eorumque Monaſteriis, Conuentibus, Collegiis, Domibus, Superioribus & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de

Clauſulas contrariorum derogatorias opponit.

verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris; hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Transſumptis fidem dari præcipit.

§. 21. Volumus autem, vt præſentium Tranſſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides habeatur vbique, quæ præſentibus ipſis originalibus litteris haberetur.

Dat. P. A. 2. die 23. Maij.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Maij M. DC. VI. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

M. Veſtrius Barbianus.

MO-

Digitized by Google

MODVS INVESTIENDI NOVITIOS.

QVANDO *inueſtiendus erit Ordinis habitu iuuenis quiſpiam, manè poſt Miſſam Conuentualem, vel poſt Veſperas, pro arbitrio, Superior Conuentus, vel alius ex eius mandato, ſuperpelliceo indutus & ſtola, procedet ad Altare maius, & iuuenis ibidem genu flectet: Superior facie conuerſa ad ſanctiſſimum Sacramentum dicat Orationes ſequentes.*

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORemvs.

DEus, qui à ſæculi vanitate conuerſos ad brauium ſupernæ vocationis accendis; & qui renuntiantibus ſæculo, manſiones paras in cælis: dilata cor huius famuli tui cæleſtibus donis: vt fraterna nobiſcum teneantur compagine charitatis vnanimis, conſtans, ſobrius, ſimplex & quietus; Regularia ſanctorum Patrum inſtituta

Digitized by Google

inſtituta cuſtodiat, & ad eius, quem te inſpirante perfectionis ſpiritum concepit, te adiuuante perueniat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

DOmine IESV CHRISTE, dux, ſalus, & fortitudo noſtra, humiliter petimus, vt famulum tuum, quem ſanctæ compunctionis ardore, ab huius ſæculi vanitate ſeparaſti, etiam à conuerſatione terrena diſcernas, & gratiam qua in te perſeueret, infundas; vt protectionis tuæ præſidio munitus, quod te donante affectat, te adiutore compleat: vt ſuæ conuerſionis executor effectus, ad ea quæ perſeuerantibus in te promittere dignatus es, feliciter pertingat. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Poſteà progrediatur ad cornu Epiſtolæ, & ſtans benedicat veſtimenta, antè ibidem parata, & poſita in ſcabello quopiam, dicens:

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat

℣. Domi-

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORIMVS.

DOmine IESV CHRISTE, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es; obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus veſtimenti, quod ſancti Patres ad innocentiæ & humilitatis indicium, abrenuntiantes huic ſæculo, ferre ſanxerunt; ita bene ✠ dicere & ſanctificare digneris, vt hic famulus tuus, qui ſanctæ Religionis habitum piæ deuotionis affectu aſſumere intendit, te intus veraciter induere mereatur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Benedictio Chordæ.

DEus, qui vt ſeruum redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluiſti; bene ✠ dic, quæſumus, cingulum iſtud, & præſta: vt famulus tuus, qui eo velut ligamine pœnitentiali ſui corporis cingetur, vinculorum eiuſdem Domini noſtri IESV CHRISTI perpetuò memor exiſtat: & in Ordine, quem aſſumit, perenniter perſeueret, tuiſque cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatum eſſe cogno-

cognoſcat. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Finita ſupradicta Oratione, Superior aſpergat Aqua benedicta veſtimenta, & iuuenem; & exuat, dicens:

EXuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis. ℟. Amen.

Et inueſtiendo dicat ad ſingula, prout ſequitur:

Ad Tunicam.

INduat te Dominus nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Reſp. Amen.

Ad Habitum.

DOmine IESV CHRISTE, qui dixiſti, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue; præſta quæſumus, vt hic famulus tuus ſic iſtud deportare valeat, vt poſſit conſequi tuam gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Ad Capucium.

POne, Domine, Capucium ſalutis in capite eius, ad expugnandas diabolicas

Digitized by Google

cas fraudes. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Ad Chordam.

PRæcingat te Dominus cingulo puritis, & extinguat in lumbis tuis humomorem libidinis: vt maneat in te virtus continentiæ & caſtitatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Vbi inueſtitus fuerit, dabit illi Superior candelam accenſam in manus, dicens:

ACcipe, Frater chariſſime, lumen Chriſti, in ſignum immortalitatis tuæ: vt mortuus mundo, Deo viuas. Exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Reſp. Amen.

Poſteà vertet ſe Superior ad ſanctiſſimum Sacramentum, & Nouitius ibidem genuflectet; dicetq; Superior alta voce:

℣. Saluum fac ſeruum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

MAieſtatem tuam, Domine, ſuppliter exoramus: vt famulum tuum, cui, de tua gratia nihil præſumentes, noſtræ Religionis habitum impoſuimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, iuſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, vt intercedente beato Franciſco Confeſſore tuo, ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis & gloriæ peruenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

OREMVS.

DEus, qui mira Crucis myſteria in beato FranciſcoConfeſſore tuo multiformiter demonſtraſti: da huic famulo tuo, eius piæ deuotionis ſemper exempla ſectari, & aſſidua eiuſdem Crucis meditatione muniri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Finitis hiſce Orationibus, Superior genuflexus in medio Altaris intonabit Hymnum, Veni creator Spiritus. *& interim quòd cantatur Hymnus, Nouitius ingreditur Chorum, & accedens ſingulos Fratres, dabunt*

bunt ei omnes oſculum pacis, dicendo Pax tibi Frater. *Quo facto, reuertetur ad Altare, & genuflectet: & Superior dicet Verſus ſequentes & Orationes:*

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo ſancto tuo quod eſt in Ieruſalem.

℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis beate Pater Franciſce.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

O Deus

DEus qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Hîc dabit Superior benedictionem Nouitio & circumſtantibus, dicens:

Benedicat vos omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Reſp. Amen.

Poſteà breuem Sermonem habebit ad Nouitium pro more Ordinis noſtri, & imponet nomen: quo finito, Magiſter Nouitiorum ducet Nouitium ad cellam, & circumſtantes recedent cum benedictione Dei.

MO-

Digitized by Google

MODVS FACIENDI PROFESSIONEM.

COMPLETO *anno Probationis, & ſuo tempore acceptis Fratrum ſuffragiis, ſi Nouitius habuerit maiorem partem, & ſciat quid promittere debeat, & ſedulò obſeruare; pridie Profeſsionis confiteatur omnia peccata ſua, & in die Profeſsionis deuotiſſimè communicet. Poſteà Superior vel alius Delegatus vocet Nouitium in Refectorio, & coram omnibus Fratribus Conuentus interroget quid petat; & reſpondendo quòd deſiderat admitti ad Profeſsionem, ſi nullus Fratrum contradicat, pergent ſimul omnes ad Eccleſiam, & Nouitio genuflexo ante altare, Superior breuem illi Sermonem faciet de iis quæ promittere intendit. Quo finito, Superior genuflectet, & intonabit Hymnum,* Veni Creator Spiritus. *& Fra-*

tres proſequentur vſque ad finem. Poſteà Superior dicet:

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.

OREMVS.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum ſtrum. ℟. Amen.

Poſteà Superior ſtans in medio Altaris, & Nouitius genuflexus ante eum, manibus iunctis & eleuatis in cælum, & inſertis ſeu incluſis manibus Superioris, commutando aliud quodcumque in hoc ſolemne votum, mente in Deum eleuata cum omni cordis affectu emittat Profeſſionem, dicendo clara voce hæc verba:

EGo Frater N. voueo & promitto Deo omnipotenti, & B. Mariæ virgini, & beato Franciſco, & omnibus Sanctis & tibi Pater toto tempore vitæ meæ ſeruare Regulam Fratrum Minorum per Dominum Papam Honorium cõfirmatam, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

Prælatus

Digitized by Google

Prælatus, qui ad Profeſſionem recipit, reſpondet: Et ego ex parte Dei, ſi hæc obſeruaueris, promitto tibi vitam æternam: in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ſancti ✠. *Et omnes circumſtantes reſpondent:* Amen.

Voor die Leecken-broeders.

ICk Broeder N. doen belofte/ ende ghelove Godt almachtigh / de heylighe Maghet MARIA, de heylighe Vader Francisco / allen Heylighen / ende u Vader / allen den tijdt mijns levens te onderhouden den Reghel der Minder-Broederen / door mijn Heere den Paus Honorium gheconfirmeert / levende in ghehoorſaemheydt / ſonder eyghen / ende in reynigheydt.

Ende die hem ontfanght ſal terſtont antwoorden:

ENde ick van Godts weghen / is't dat ghy deſe dinghen onderhoudt / belove u het eeuwigh leven/ in den naem des Vaders ✠ / ende des Soons ✠ / ende des heylighs ✠ Gheests.

Ende alle de Broeders antwoorden: Amen.

Et Fratres cantabunt Pſalmum, Ecce quàm bonum & quàm iucundum, *&c.*

& interim quòd cantatur Pſalmus, nouus Profeſſus perget ad Chorum, & omnes & ſinguli amplectentur eum in oſculo pacis; & poſteà reuertetur ad Altare, & genuflectet, dicétque Superior:

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo ſancto tuo quod eſt in Ieruſalem.

ORE MVS.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

DEus, qui per coæternum Filium tuum cuncta creaſti, quique mundum peccatis inueteratum, per myſterium Incarnationis eius renouare dignatus es: te ſupplices exoramus, vt ſuper hunc famulum tuum Fratrẽ noſtrum N. qui hodie in hoc ſancto templo tuo vanitatem mundi, & pompas diaboli, per noſtræ ſeruitutis miniſterium voto ſolemni abrenuntiare decreuit, ita reſpicere digneris, vt ſpiritu mentis ſuæ renouatus, veterem hominem cum actibus ſuis exuere, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

ORE-

OREMVS.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es vita, ſine qua nemo vadit ad Patrem, quæſumus clementiam tuam; vt hunc famulum tuum à carnalibus deſideriis abſtractum, per arctam ac tutam Regularis vitæ diſciplinam deducas: & qui peccatores vocare dignatus es, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos; præſta, vt hæc vox vocationis tuæ ita in eo conualeſcat, quatenus onera peccatorum deponens, & quàm dulcis es deguſtans, tua refectione ſuſtentari mereatur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

OREMVS.

SAncte Spiritus, qui te Deum ac Dominum mortalibus reuelare dignatus es, immenſam tuæ pietatis abundantiam ſuppliciter exoramus; vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulo tuo Fratri noſtro N. effectum piæ deuotionis inſpires: & qui tua ſapientia eſt conditus, tua quoque prouidentia gubernetur: quem etiam vnctio tua de omnibus doceat. Et per interceſſionem B. Mariæ Virginis, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, beati Patris noſtri S. Franciſci, ac beati N. & omnium Sanctorum, fac eum à ſæculi vani-

tate ita veraciter conuerti, vt quod hodie te inſpirante inchoat, ſic iuſtè, piè, ac ſanctè per veram humilitatem & obedientiam fraterna charitate fundatus te adiuuante perficiat; vt in ſancto Religionis propoſito iugiter perſeuerans, ad vitam perueniat ſempiternam. Qui cum Deo Patre & Filio eius Domino noſtro Ieſu Chriſto viuis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Hîc intonabit Superior Pſalmum, Laudate Dominum omnes Gentes. *quo à Fratribus finito, Superior dicet ſubſequentes Verſus & Orationes.*

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo ſancto tuo quod eſt in Ieruſalem.

℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis B. Pater Franciſce.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMVS.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti, qui & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis.

Concede

COncede nos famulos tuos, quæſumus Dñe Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa B. Mariæ ſemper virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, &c. ℟. Amen.

℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpititu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Finaliter Superior dabit omnibus benedictionem, dicens: Benedicat vos omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. *Et omnes recedent cum benedictione Dei.*

Poſteà annotabitur in libello ad hoc deputato nomen, cognomen, ætas, patria Profeßi, annus, menſis, & dies Profeßionis, & etiam in quo loco ſeu Conuentu, & in cuius manibus fecerit Profeßionem: & Profeſſus propria manu ſubſcribet: ſi ſcribere neſciat, alius ſubſcribet pro eo. Poſteà ſignificetur Reuerendo Patri Prouinciali, qui eius rei memoriam etiam in libello ſeruabit, iuxta vſum noſtri Ordinis ſeu Religionis.

FORMA CELEBRANDI IVBILEVM IN SACRO NOSTRO ORDINE FRATRVM MINORVM CAPVCINORVM.

RELIGIOSVS *noſtri Ordinis ſiue Sacerdos ſiue Laicus, qui ab inueſtitione quinquageſimum in Ordine abſoluerit annum, cum licentia Reuerendi P. Miniſtri Prouincialis Iubileum die ſtatuto celebrare proponens:*

Primùm & ante omnia inſtituet confeſſionem generalem omnium ſuorum peccatorum, vt poteſtate à Miniſtro Prouinciali facta ab omnibus caſibus, cenſuris, &c. plenam & integram abſolutionem accipiat: quare dies decem alienus à negotiis omnibus in cella commorabitur, & ab aliorum conuerſatione ſeparatus,

Digitized by Google

ſeparatus, in piorum librorum & aliarum rerum ſpiritualium animum ad deuotionem & ſpiritum inducentium lectionibus operam dabit, addendo ſæpè conſiderationes & meditationes myſteriorum noſtræ fidei, diuinorum beneficiorum, quatuor nouiſſimorum, Paſſionis Domini noſtri IESV CHRISTI, *& alia pia exercitia, orationes iaculatorias, aut vocales, ſaltem per duas horas in diem & noctem, orationibus mentalibus ſeſe exercendo, vt ipſo die, quo ſtatuit Iubileum ſolemniter celebrare, Miſſæ ſacrificium (ſi Sacerdos & per valetudinem poſſit) Deo offerens, vel Euchariſtiam ſumens, plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiam & remiſſionem conſequatur, iuxta conceſſionem Pauli V. Pontificis Maximi in Bulla quæ incipit,* Romanus Pontifex, *&c. qua Indulgentias Religioſis impertitur, num. 6.*

Statuto itaque die Eccleſia, clauſtrum, dormitorium & cella Iubilarij mundabuntur ſtratis herbis odoriferis & floribus (ſi tempus ferat) Altare etiam maius ſolito decentius ornabitur, vt hac decenti ori ornatus figura Religionis ouantis lætitiam præ ſe ferat, & mentem Iubilarij ad cæleſtis Iubilei contemplationem transferat.

Hora igitur competenti omnes Fratres in

in Choro vel Sacriſtia per prolixiorem campanæ pulſum congregati, proceſſionaliter bini & bini Cruce præuiâ, & duobus Ceroferariis eam comitantibus pergent ad cellam Fratris Iubilarÿ. Prælatus verò ſuperpelliceo vel Alba & Stola indutus cellam ingredietur, & Iubilario cereum incenſum dabit: qui ſi ob infirmitatem ſine baculo progredi non poſſit, & bacillus & cereus ſertis floridis adornabuntur, & Prælatus alta voce intonabit Antiphonam: Hic vir deſpiciens mundum terrena triumphans, diuitias cælo condidit ore, manu. *Quam Antiphonam proſequentur omnes Religioſi præſentes; ſicque Prælatus Iubilarium à ſiniſtris aſſumet ſocium, & omnes proceſſionaliter denuo prout venerunt, per clauſtrum & portam Conuentus reuertentur ad Eccleſiam cantantes Pſalm.* CXXI. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, *&c. addent, ſi velint, Pſalm.* CXXIV. Qui confidunt in Domino.

Vbi verò ad Eccleſiam venerint, alternatim cantabunt Pſal. lxx. In te Domine ſperaui, non confundar, *&c. qui eſt tertius in Officio ad Matutinum Feria quinta.*

Quando peruenerint ad Altare intra cancellos, ex vtroque latere Fratres ſeſe conſtituent & component. Prælatus autem Altare aſcendet, & Iubilarius in inferiore gradu

Digitized by Google

gradu cereum in manibus tenens in puluino genua flectet : Pſalmo finito Prælatus ſtans vel ſedens in cornu Euangelij rogabit Iubilarium , Pater vel Frater quæ eſt petitio tua? *Iubilarius reſpondebit :* Reuerende Pater peto à Deo remiſſionem omnium negligentiarum mearum in Ordine commiſſarum , de quibus doleo ; & gratiam de nouo incipiendi & in bono perſeuerandi vſque in finem.

Tunc monebit Prælatus vt Iubilarius in ſede parata ſedeat, & cereum accenſum ante ſe habeat in candelabro poſitum : & reſumens verba petitionis factæ, ſuper hæc collationem ſeu exhortationem faciet pro qualitate Iubilarij : ei congratulans referat quid annus Iubilei (in vetere lege notiſſimus) denotet & deſignet : vel admonebit eum , vt Deo de ſua vocatione gratus ſit, quódque ex occaſione Iubilei non ſe putet à Dei ſeruitio emancipandum , ſed magis ſeſe in ſancto propoſito Religionis renouandum , vt in teſtimonio bonæ conſcientiæ & exemplo melioris vitæ ad ſanctam mortem paratus omni tempore valeat inueniri.

Facta exhortatione Iubilarius reſumet cereum, & in puluino vti priùs genua flectet, & Prælatus incipiet Hymnum , Veni Creator, *&c. & addet Hymnum* Aue maris ſtel-

la,

la, *&c. Antiphonam* Sancte Franciſce propera,*&c: Poſteà ſurgens dicet:*

℣. Emitte ſpiritum tuum,& creabuntur.

℟. Et renouabis faciem terræ.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Signaſti Domine ſeruum tuum Franciſcum.

℟. Signis redemptionis noſtræ.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiri- illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

DEfende quæſumus Domine beata Maria ſemper Virgine intercedente iſtum ab omni aduerſitate famulum tuum,

tuum, & toto corde tibi proſtratum ab hoſtium tuere clementer inſidiis.

OMnipotens & miſericors Deus, qui per Moyſen famulum tuum à Patribus in deſerto annum quinquageſimum obſeruari & Iubileum myſticè nominari ac ſanctificari voluiſti, ipſumq́ue cunctis gaudioſum conſtituens, plenam omnibus remiſſionem & libertatem condonaſti: & mãdata tua vſque in finem cuſtodientibus, ac in lege tua perſeuerantibus largam tuæ benedictionis abundantiam promiſiſti: tribue quæſumus huic famulo tuo Fratri noſtro N. cuius anni Iubilei diem de ingreſſu deſerti noſtræ ſacræ Religionis præſentialiter celebramus, tuæ gratiæ largitatem, vt qui annum quinquageſimum te donante compleuit, omnium peccatorum & negligentiarum ſuarum, quas in hoc ſtatu Religionis vel anteà quomodolibet ex humana fragilitate commiſit, plenariam Indulgentiam conſequatur, ipſumq́ue ſolita pietate tua bene ✠ dicere & ſanctificare digneris, quatenus in hoc ſancto regulari propoſito laudabiliter perſeuerans, deinceps tibi deuotè deſeruiat, & de bono ſemper in melius proficiens ad virtutum altiora conſcendat, poſtq́ue præſentis vitæ militiam cum immenſo cordis iubilo ad

ad brauium & gaudium æternæ felicitatis à te promiſſum ſecurè pertingere mereatur. Per Dominum noſtrum, &c.

Poſt hanc orationem incipiat Iubilarius Reſponſorium. Et Fratres proſequantur.

REgnum mundi & omnem ornatum ſæculi contempſi propter amorem Domini mei IESV CHRISTI: quem vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem vidi, quem amaui, &c. Gloria Patri, *&c.* Quem vidi, quem amaui, *&c. Et eſt Reſponſoriũ octauum in Officio de non Virgine.*

Finita Antiphona Iubilarius (ſi Sacerdos ſit, & poßit) aliàs ipſe Prælatus dicat:

℣. Ne proiicias me Domine in tempore ſenectutis.

℟. Cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

℣. Deus docuiſti me à iuuentute mea.

℟. Et vſq; nunc pronuntiabo mirabilia tua.

℣. Et vſque in ſenectam & ſenium.

℟. Deus ne derelinquas me.

OREMVS.

CLementiſſime Domine Deus, à quo bona cuncta procedunt, qui ſingulari myſterio quinquagenarij numeri per Moyſem famulum tuum quinquageſimo

die egreſſionis de Ægypto legem tuam filiis Iſraël tradidiſti; rurſuſque adueniente Spiritu ſancto quinquageſimo die poſt reſurrectionem Vnigeniti Filij tui Domini noſtri IESV CHRISTI legem gratiæ cordibus fidelium infudiſti, te ſuppliciter exoramus, vt hunc famulum tuum Fratrem noſtrum N. eodem annorum numero in tuo ſancto ſeruitio perdurantem propitius reſpicere digneris, quatenus diuinæ legi tuæ & regulæ humiliter ſubiectus, gratiam Spiritus ſancti ſuſcipere, & in ea vſque ad mortem perſiſtere valeat. Per eumdem Dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti, *&c.*

His dictis reuertantur ad Chorum Fratres; Iubilarius verò, ſi Sacerdos ſit & celebrare poßit, mox in ipſo Altari inueſtiatur veſtibus ſacris, & ſolemniter pro noſtro more Miſſam dicat de ſanctißima Trinitate, in qua incenſum detur, & Gloria *&* Credo *dicatur. Si verò Iubilarius celebrare non poßit, vel Laicus ſit, Prælatus Miſſam dicat vt ſuprà. Et Iubilarius ante Altare in cornu Epiſtolæ maneat in ſedili vel flexili ad hoc præparato, & ſacram Euchariſtiam ſolus (Stola indutus ſi Sacerdos ſit) in medio Altaris poſt Celebrantis Communionem ſumat, & poſt eum Conuen-*

tuales Clerici & Laici, ſi opportunum ſit.

Finita verò Miſſa omnes ante Altare conueniant, & Iubilarius, ſi celebrauerit (aliàs Prælatus) intonet Hymnum Te Deum Laudamus, *&c. & omnes Fratres ordine manus eius oſculentur, vt in Primitiis fieri ſolet. Si verò non celebrauerit, Iubilarium ante Altare in cornu Epiſtolæ ſedentem Religioſi oſculo ſancto noſtro more ſucceſſiuè excipiant & amplectantur. Et ante Altare Hymnum* Te Deum, *&c. proſequentes maneant: quo finito dicatur à Iubilario, ſi celebrauerit,*

℣. Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo tuo quod eſt in Ieruſalem.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus qui nos à ſæculi vanitate conuerſos ad brauium ſupernæ vocationis accendis, pectoribus noſtris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perſeueremus infunde, vt protectionis tuæ muniti præſidiis, quod te donante promiſimus, te adiuuante impleamus, & noſtræ pro-

profeſſionis executores effecti, ad ea, quæ in te perſeuerantibus promittere dignatus es, pertingamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Si verò alius à Iubilario celebrauerit, dicatur ſubſequens Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui es vera via quæ ducit ad Patrem, & ſine quo nemo poteſt in ſtadio præſentis vitæ currens accipere brauium, quique hunc famulum tuum Fratrem noſtrum N. ab adoleſcentia ſua vſque in hanc venerabilis ſenectutis ætatem per annos quinquaginta miſericorditer in hoc Ordine maieſtati tuæ deſeruire feciſti; quæſumus clementiam tuam, vt eumdem ſpiritu mentis ſuæ renouari facias, tuæque gratiæ ſtabilimento corrobores, quatenus in tua charitate radicatus & fundatus, iugique virtutum exercitio ſolidatus, viam mandatorum tuorum indefeſſo mentis pede percurrat, & tui amoris igne ſuccenſus perſeueranter tibi adhæreat, donec tandem ad perpetuæ ſalutis portum (vt toto corde deſiderat) te duce perueniat. Qui viuis & regnas, &c.

Deinde Aſpergantur omnes aqua benedicta; & Celebrans cum Iubilario à Fratribus deducatur ad Sacriſtiam.

MODVS INVESTIENDI FRATRES ET SORORES TERTII ORDINIS S. PATRIS FRANCISCI.

PRIMO *benedicantur veſtes in hunc modum.* ℣. Adiutorium noſtrũ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

DOmine IESV CHRISTE ſeminator & inſpirator Religioſi propoſiti, quique indumentum noſtræ carnis pro ſalute generis humani miſericorditer ſuſcipere voluiſti, & in præſepio vilibus pannis inuolui non horruiſti, reſpice propitius ad preces humilitatis noſtræ, & has religioſas veſtes, quas hic famulus tuus N. (vel hæc famula tua N.) propter amorem tuum, abiecto habitu ſæculari, proponit induere, bene ✠ dicere tua pietate

tate

Digitized by Google

tate digneris;& concede propitius,vt ſicut exteriùs his Religioſis induitur veſtimentis, intus renouetur affectibus,& per interceſſionem beati Patris noſtri Franciſci induere eum (vel eam) digneris. Qui viuis & regnas, *&c.*

Poſteà ſuper chordam dicatur Oratio.

DEus qui, vt ſeruum abſolueres, Filium ligari funibus voluiſti, benedic quæſumus funem iſtum; & præſta, vt famulus tuus N. (vel famula tua N.) qui (vel quæ) eo velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum eiuſdem Filij tui Domini noſtri IESV CHRISTI memor exiſtat, & in Ordine quem aſſumit ſalubriter perſeueret, & tuis cum affectu ſemper obſequiis ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per eumdem Chriſtum, *&c.*

Hîc habitus & chorda aſpergantur aquâ benedictâ; & induatur Frater vel Soror habitu benedicto à Prælato, & dicat ſuper eum vel eam,

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

MAieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, vt famulum tuum N. (vel famulam tuam N.) cui de tua gratia præſumentes noſtræ Religionis veſtem imponimus, digneris inter diſci-

pulos tuos virtute ex alto induere, iuſtitiæ lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, &, intercedente beatiſſimo Patre noſtro Seraphico Confeſſore tuo Franciſco, ſub humilitatis veſte tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis & gloriæ mereatur peruenire. Qui viuis & regnas in ſæcula, *&c.*

Hic præcingitur à Prælato chorda, & dicitur deinde.

ORATIO.

DEus qui beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum, prædixiſti per alium in ſenectute ipſum fore cingendum, famulum tuum N. (vel famulam tuam N.) quem) vel quam) cingulo noſtræ Fraternitatis præcingimus, tua quæſumus charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, & chorda ſalutari cor eius regulari alliga diſciplina, vt tua ei opitulante gratia, ſolutus & liberatus à mundo, tuoque vinctus ſeruitio (vel ſoluta, & liberata à mundo, tuoque vincta ſeruitio) in Ordinis quem aſſumit obſeruantia vſque in finem iugiter perſeueret. Qui viuis & regnas in ſæcula, *&c.*

Tandem

Digitized by Google

Tandem ſuper Fratrem indutum & præcinctum, vel Sororem indutam & præcinctam dicatur.

℣. Dominus vobiſcum.

℞. Et cum ſpiritu tuo.

ORATIO.

DEus qui mira Crucis myſteria in beatiſſimo Franciſco Confeſſore tuo multiformiter demonſtraſti, da famulo tuo N. (vel famulæ tuæ N.) quæſumus deuotionis ſuæ ſemper exempla ſectari, & aſſidua eiuſdem Crucis meditatione muniri. Per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM Filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Hîc detur Benedictio S. Patris Franciſci.

Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te. Oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *Aſpergat aqua benedicta.*

Digitized by Google

MODVS INVESTIENDI PVERVM VEL PVELLAM

Ex voto vel deuotione Parentum.

℣. ADIVTORIVM noſtrum in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

ORE MVS.

DOmine IESV CHRISTE, qui pro noſtra ſalute ſuſcipiens humanam naturam, te veſtimento carnis induere dignatus es, benedictione ſancta tua bene ✠ dic iſta paruula veſtimenta, quæ pro gratiis tibi exoluendis cum omni deuotione ſanctoque voto ac veneratione beatiſſimæ MARIÆ infans iſte (ſiue puella iſta) ſuper ſe ſuſcepturus eſt (vel ſuſceptura eſt) infunde in eum (vel in eam) quæſu-

quæſumus, tuam ſanctam bene ✠ dictionem, vt cùm primùm induerit hoc Religioni ſimile veſtimentum, intercedente beato Franciſco deſcendat ſuper eum (vel eam) gratia tua, & protegat illum (vel illam) ab omni malo mentis & corporis. Qui viuis & regnas, *&c.*

Deinde aſpergantur veſtimenta, & illa adoleantur incenſo; cùm verò exuit eum ſuis veſtibus dicat:

Eripiat Dominus de corde tuo ſæculi pompas, quibus abrenuntiaſti dum Baptiſmum ſuſcepiſti.

Pſalmus.

Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, *&c.*

Poſteà induat eum habitu dicens:

Immittat in te Dominus ſanctũ Religionis amorem, ſanctoque feruore ſuccendaris, & ardeas cæleſtium bonorum deſiderio.

Pſalmus.

Laudate pueri Dominum, *&c.*

Poſteà chordâ præcingat eum dicens:

Præcingat te Dominus zona iuſtitiæ,

Digitized by Google

vt immaculata conſerues omnia mandata ſua.

Pſalmus.

Laudate Dominum in Sanctis eius, *&c.*

Deinde det ei candelam accenſam, & dicat:

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DOmine IESV CHRISTE lux vera de vero lumine, quæſumus clementiam tuam, vt per interceſſionem beatiſſimi Patris noſtri Franciſci mentem paruuli huius illumines; vt cùm ad annos diſcretionis aduenerit, ſancto tibi animo corporeq́ue deſeruiat. Qui viuis & regnas in vnitate, *&c.*

Poſteà offerat puerum ſuper altare, & benedicat.

COnfirma Deus in puero (vel puella) quod in eo (vel in ea) operari feciſti; à templo ſancto tuo deducat eum (vel eam) Spiritus tuus bonus in terram rectam, & benedictio tua ſit ſuper eum (vel eam) ſemper.

Deinde

Digitized by Google

Deinde reddat eum Parentibus; & conuerſus ad circumſtantes benedicat benedictione ſancti Patris noſtri Franciſci.

BEnedicat vobis Dominus & cuſtodiat vos. Oſtendat faciem ſuam vobis, & det vobis pacem. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Digitized by Google

MODVS
EXVENDI PVERVM
VOTO COMPLETO.

℣. ADIVTORIVM noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. OREMVS.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, à quo deſcendit omne bonum & omne donum, tibi gratias referimus, & expleta vota reddimus, ſuſcipe hæc cum gratiarum actionibus, & intercedente beata MARIA Virgine, & ſancto Patre noſtro Franciſco, huic infanti de cetero præſta ſalutem mentis & corporis, vt te Creatorem recta fide colat, in te Redemptore ſpem ſuam confirmet, teque ſummum bonum ſuper omnia diligat, atque ſanctis mandatis tuis ſemper obediat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat

in

Digitized by Google

in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde habitum exuendo dicat:

Apud te Domine laus mea in Eccleſia magna.

Vota mea Domino reddam in conſpectu timentium eum.

Pſalmus.

Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum, *&c.*

Deinde deponat habitum ſuper Altare, & dicat:

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

SVſcipe ſancte Pater omnipotens æterne Deus vota preceſque ſupplicum; & per interceſſionem beatiſſimæ Virginis MARIÆ, ſancti Patris noſtri Franciſci, præſta nobis ita beneficia tua cognoſcere, vt in gratiarum actione ſemper maneamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

Poſteà benedicat circumſtantes benedictione ſancti Patris noſtri Franciſci vt ſuprà.

MO-

Digitized by Google

MODVS DANDI

Benefactoribus litteras Filiationis ſeu Fraternitatis ab admodum Reuerendo Patre Miniſtro Generali vel Prouinciali obtentas, iuxta conceſſionem VRBANI V. & aliorum Pontificum.

CVM *Benefactor aliquis ſingularis admitti petit ad noſtri Ordinis Fraternitatem ſeu participationem beneficiorum ſpiritualium, vel (vt vulgò loquimur) litteras Filiationis accipere deſiderat, die Dominica ſeu Feſto aliquo ſolemniori poſt Miſſam & ſacram Communionem acceptam accedat ad gradus Altaris genuflexus, Fratribus familiæ ex vtroque latere Altaris præſentibus; & Miniſter Prouincialis (ſi adſit) vel Guardianus, Alba & Stola indutus,*

dutus,

dutus, ſtans breuiter exponat quantum ipſi beneficium à Reuerendo admodum P. Miniſtro Generali Ordinis vel Prouinciali præſtetur, recipiendo eum in Filium ſeu Confratrem, participemque efficiendo Miſſarum, Officiorum diuinorum, ieiuniorum, mortificationum & omnium bonorum operum, quæ per Dei gratiam in Ordine fiunt; monendo vt gratum ſe exhibeat, & per vitam Chriſtianam & exemplarem dignum reddat; ſanctum Patrem Franciſcum & Sanctos Ordinis ſingulariter colat; Eccleſiam noſtram frequentet, Fratres ſeu Religioſos amet & honoret, &c.

Deinde ad Altaris medium ſe conuertens incipiat Pſalmum 46.

Magnus Dominus & laudabilis nimis. Gloria Patri, *&c. Poſteà Antiphonam dicat*, Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui: ſecundùm nomen tuum ita & laus tua in fines terræ iuſtitia plena eſt dextera tua. Kyrie eleïſon, Chriſte eleïſon, Kyrie eleïſon, Pater noſter, *&c.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Poſt

Digitized by Google

℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis beate Pater Franciſce.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Saluum fac ſeruum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

COncede nos famulos quæſumus Domine Deus perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ MARIÆ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia & æterna perfrui lætitia.

DEus qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

Adeſto

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hunc famulum tuum N. quem in tuo ſancto nomine ad participationem omnium bonorum ſpiritualium & Confraternitatem ſacræ noſtræ Religionis recipimus, bene ✠ dicere digneris: & præſta, vt te largiente deuotus in Eccleſia cum augmento virtutum perſiſtere valeat; atque ſuffragiis huiuſmodi noſtri ſacri Ordinis adiutus vitam percipere mereatur æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde cantetur Pſalmus 132.

Ecce quàm bonum, *&c.*

Gloria Patri, *&c.*

Poſteà dicatur Oratio.

SVſcipiat te Chriſtus in numero fidelium ſuorum: & nos, licet indigni, te ſuſcipimus in orationibus noſtris. Concedat tibi Deus per Vnigenitum ſuum Mediatorem Dei & hominum tempus benè viuendi, conſtantiam benè perſeuerandi, & ad æternæ vitæ hereditatem feliciter perueniendi: & ſicut nos hodie forma charitatis ſpiritualiter iungit in terris; ita diuina pietas, quæ dilectionis eſt amatrix & auctrix nos cum fidelibus ſuis coniungere dignetur in cælis, præſtante Domino noſtro

Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Det Prælatus litteras Filiationis apertas dicens:

Ego ex poteſtate mihi conceſſa do tibi participationem in omnibus Miſſis, orationibus, ieiuniis, abſtinentiis, vigiliis, laboribus & quibuſcumque bonis quæ Dominus dederit fieri per Fratres huius Ordinis [vel huius Prouinciæ] & ad prædicta omnia te recipio.

Et benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te. Oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Deinde aſpergat omnes aqua benedicta.

FOR-

Digitized by Google

FORMA ABSOLVENDI à vinculo excommunicationis Apoſtatam ad Ordinem redeuntem.

CONSTITVTIONES NOSTRÆ.

Declaramus omnes Congregationis noſtræ Apoſtatas ab admodum Reuerendo P. Generali & toto Capitulo generali ipſo facto excommunicatos. cap.2. §. 23.

Qui à noſtra Congregatione egreſſus redibit recipiatur, & publicè in Refectorio, ſolitis adhibitis cærimoniis, ab excommunicatione abſoluatur: quod in omni Apoſtatarum receptione ſeruetur. Ibid. §.24.

POENITENS *itaque nudatis humeris à Superiore acceptâ virgâ in dextera manu leuiter percutiatur ſemel ad quemlibet verſum Pſal. 50.* Miſerere mei Deus. *Qui alternatim legetur à Fratribus congregatis & ſtantibus: & dicto* Gloria Patri, & Filio, *&c. Superior abſoluens ſubiunget has preces:*

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter, *&c. ſecretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram: & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde abſoluat dicens:

AVctoritate Domini noſtri IESV CHRISTI & beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli, officiique mei ac priuilegiorum Ordinis, qua fungor, te abſoluo à ſententia excommunicationis maioris quam incurriſti ob apoſtaſiam & Ordinis egreſſum; & reſtituo te ſanctis

Eccleſiæ

Eccleſiæ Sacramentis & communioni fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Quòd ſi fuerint plures cauſæ, propter quas incurrit excommunicationem, ſpecificentur; & abſoluens loquatur in numero plurali dicendo, A ſententiis excommunicationum maiorum, quas incurriſti ob tales & tales cauſas.

FORMA ABSOLVTIONIS generalis & plenariæ dandæ à Reuerendo Patre Miniſtro Prouinciali in fine viſitationis Fratrum.

CONSTITVTIONES NOSTRÆ *cap.* 10. §. 3.

Miniſtri Prouinciales viſitent omnia ſua loca ac Fratres vt minimùm bis in anno, &c.

In viſitatione omnibus expeditis moneat Prouincialis vt Fratres viſitati humiliter & deuotè confeßionem generalem faciant: quâ flexis genibus à Fra-

Digitized by Google

tribus peractâ, Miniſter Prouincialis ſtans dicat:

MISEREATVR veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem & remiſſionem peccatorum veſtrorum tribuat vobis omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

DOminus noſter IESVS CHRISTVS per ſuam piiſſimam miſericordiam & aſperſionem Sanguinis ſui vos abſoluat. Et ego auctoritate ipſius & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ N. & officij mei & ſtatutorum ac priuilegiorum Ordinis, qua fungor, vos omnes abſoluo ab omnibus cenſuris excommunicationis maioris vel minoris, ſuſpenſionis & interdicti, ſi quas quomodocumque incurriſtis.

Et vos reſtituo ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni ac fidelium vnitati.

Item eadem facultate diſpenſo vobiſcum ſuper omnibus irregularitatibus, inhabilitationibus & aliis pœnis Eccleſiaſticis, ex quibuſcumque cauſis eas fortaſſe contraxiſtis.

Demum

Demum eadem auctoritate abſoluo vos ab omnibus peccatis veſtris: & plenariam de illis concedo vobis Indulgentiam iuxta formam S. R. Eccleſiæ conſuetam. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Ite in pace. *Deinde aſpergat omnes aqua benedicta.*

FORMA ABSOLVENDI

ab omni caſu etiam pertinente ad Papam: datur Fratribus in articulo mortis conſtitutis auctoritate priuilegiorum Ordinis.

DOMINVS noſter IESVS CHRISTVS per ſuam piiſſimam miſericordiam, & per merita ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis, quam pro nobis paſſus eſt, te abſoluat ab omnibus peccatis tuis, & gratiam ſuam tibi infundat: & ego auctoritate ipſius, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Summorum Pontificum mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa, abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, vel ſententia ſuſpenſionis & interdicti; &

Digitized by Google

diſpenſo tecum in omni irregularitate, ſi quam contraxiſti; & reſtituo te vnioni & participationi fidelium, necnon ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. Eadem auctoritate ego abſoluo te ab omni tranſgreſſione votorum tui Ordinis, & Statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, Cuſtodialium, Localium & Synodalium quorumcumque. Eadem auctoritate abſoluo te ab omni diuino Officio malè perſoluto, Horis indebitè tranſpoſitis vel dimiſſis. Item eadem auctoritate ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia vel malitia deliquiſti, concedens tibi remiſſionem & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confeſſorum, & cunctorum de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuiſti, in quantum claues Eccleſiæ ſe extendunt. Item eadem auctoritate ego te abſoluo à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commiſſis & delictis in hoc mundo perpetratis meruiſti, reſtituendo te illi innocentiæ, in qua eras quando baptizatus fuiſti. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Quòd ſi hac vice non deceſſeris, reſeruo tibi hanc gratiam vſque ad extremum mortis tuæ articulum.

Paſſio

PAſſio Domini noſtri IESV CHRISTI, & merita B. MARIÆ ſemper Virginis, ſancti Patris noſtri Franciſci & omnium Sanctorum, & omnia bona quæ feciſti & facies, & mala quæ ſuſtinuiſti & ſuſtinebis, ſint tibi in pœnitentiam & remiſſionem peccatorum tuorum, & in augmentum gratiæ diuinæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

Dominus ſit protector tuus & defenſor vitæ tuæ.

Poſteà dicatur Pſalmus In te Domine ſperaui *(qui ad Completorium dicitur) & ſæpiùs repetatur, vt referuntur feciſſe plures Sancti. Hic Pſalmus, ſecundùm ſanctum Hieronymum & Caſſiodorum, valdè prodeſt infirmis, & eſt ſummæ vtilitatis & conſolationis.*



Digitized by Google

SEQVVNTVR quinque Officia mortuorum dicenda à Fratribus ſecundùm antiquam conſuetudinem Religionis.

PRIMVM celebratur die Lunæ poſt Dominicam Septuageſimæ pro Fratribus & benefactoribus noſtris. Oratio. Deus, veniæ largitor.

Secundum, Pridie S. Mariæ Magdalenæ, *vt ſuprà*.

Tertium, Pridie S. Michaëlis Archangeli, *vt ſuprà*.

Quartum, infra Octauam S. Patris noſtri Franciſci pro hoſpitibus Fratrum noſtrorum, *vt ſuprà*.

Quintum, ante primam Dominicam Aduentus, pro parentibus Fratrum noſtrorum. Oratio. Deus, qui nos patrem & matrem, *&c*.

Pro quolibet prædictorum Officiorum Sacerdotes celebrabunt vnam Miſſam, Clerici recitabunt Vigilias nouem Lectionum, Laici verò centum Pater noſter & centum Aue Maria.

IN-

Digitized by Google

INDEX CONTENTORVM.

ELOGIA in Regulam Fratrum Minorum. 5.
Regula S. P. Franciſci. 11.
Teſtamentum S. P. Franciſci. 26.
Laudes Regulæ. 32.
Laudes Teſtamenti. 34.
Exhortatio S. P. N. Franciſci ad obſeruantiam Regulæ. 35.
Summarium Regulæ. 36.
De obſeruantia Regulæ S. P. N. Franciſci ad litteram. 47.
Declaratio D. Nicolai III. ſuper Regulam FF. Minorum. 56.
ARTICVLVS I. *De obſeruantia Euangelici conſilij & præcepti.* 61.
Ad quæ conſilia Euangelica Fratres ex profeſſione teneantur. 65.
ARTIC. II. *De obſeruantia paupertatis & abdicatione proprietatis.* 66.
Summa hæc abdicatio omnis proprietatis licita eſt & meritoria. 68.
ARTIC. III. *Cui competat dominium rerum Fratribus conceſſarum.* 72.
ARTIC. IV. *De eleëmoſynis pecuniariis.* 75.
De neceſſitatibus futuris. 79.
Quid

Digitized by Google

Quid faciendum, ſi dator eleëmoſynæ moriatur. 82.

Quid agendum de pecunia quæ ſupereſt, habita neceſſitate determinata. 83.

ARTIC. V. *De iis quæ relinquuntur Fratribus teſtamento.* 84.

De legatis indifferenter relictis. 86.

ARTIC. VI. *De commutatione rerum mobilium.* ibidem.

De largitione vilium. 87.

ARTIC. VII. *De veſtibus Fratrum.* 88.

ARTIC. VIII. *De modo laborandi.* 90.

ARTIC. IX. *De Prædicatoribus.* 91.

ARTIC. X. *De modo recipiendi Fratres ad Ordinem.* 93.

ARTIC. XI. *De mittendo Cuſtode cuſtodum ad Capitulum Generale.* 94.

ARTIC. XII. *De ingreſſu & acceſſu ad Monaſteria Monialium.* 95.

ARTIC. XIII. *An ad Teſtamentum B. P. noſtri Franciſci Fratres obligentur.* 96.

ARTIC. XIV. *Hæc declaratio tantùm ſeruanda in eis quæ habet communia cum declarationibus Summorum Pontificum præcedentium.* 97.

ARTIC. XV. *De huius declarationis firmitate, auctoritate ac publicatione.* 98.

Declaratio Regulæ Fratrum Minorum edita à D. Papa Clemente V. 104.

ARTIC. I. *De obſeruatione præceptorum ac conſiliorum Euangelicorum.* 108.

De iis quæ æquipollent præcepta. 110.

AR-

ARTIC. II. *An liceat Fratribus recipere aliquid de bonis ingredientium Ordinem.* 114.
ARTIC. III. *De Fratrum veſtimentis, & eorum vilitate.* 116.
De calceamentis. 117.
De ieiuniis. ibidem.
ARTIC. IV. *De obſeruatione præcepti non recipiendi pecuniam.* 118.
ARTIC. V. *De expropriatione Fratrum.* 121.
ARTIC. VI. *De hereditatibus non acceptandis.* 123.
Redditunm receptio prohibita. 124.
ARTIC. VII. *De non aſſiſtendo in Curiis aut litibus.* 125.
Non acceptanda teſtamentorum executiones. ibidem.
ARTIC. VIII. *Non habendi aut acceptandi horti ſuperflui.* 126.
ARTIC. IX. *Non habenda granaria aut cellaria ſine euidenti neceſſitate.* 127.
ARTIC. X. *Non ædificanda aut admittenda ædificia ſumptuoſa.* 128.
Non habenda vaſa aut paramenta Eccleſiaſtica exceſſiua. 129.
Quid agendum de equorum & ſimilium oblationibus. 130.
ARTIC. XI. *Ad quem vſum arctum teneantur Fratres ex Regula.* ibid.
ARTIC. XII. *De electione & confirmatione Miniſtrorum Prouincialium.* 131.
S. Bernardinus Tractatu de Proprietariis. 134.

CON-

Digitized by Google

CONSTITVTIO *Pauli Papæ V. qua declarat Fratres Capucinos eſſe verè Fratres Minores & S. Franciſci filios: nec non eorumdem Capucinorum approbat constitutiones.* 137.

CONSTITVTIO *Vrbani VIII. qua declarat Fratres Capucinos fuiſſe & eſſe ex vera & numquam interrupta linea, ac veros & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, & illius Regulæ obſeruatores, &c.* 141.

Copia litterarum miſſarum à Reuerendo admodum P. Procuratore Curiæ Rom. ad R.P. Prouincialem Flandriæ Ordinis Fratrum Capucinorum. 147.

Tranſſumptum Breuis S. D N. Gregorij XV. innouantis Conſtitutiones Apoſtolicas Gregorij XIII. & Gregorij XIV. ne Religioſi alterius Ordinis cuiuſcumque ſibi vendicent nomen vel habitum Capucinorum. 149.

Vrbani VIII. Breue ad Nuntium Apoſtolicum in Belgicis ditionibus, quo mandat, ne permittat Fratres ſtrictioris Obſeruantiæ, ſeu Recollectos, deferre ſoleas & capucium acuminatum; ſed vt deferant calopodia & capucium rotundum, necnon mozettam latam & mantellum perpetuò protenſum. 164.

Spectan-

Digitized by Google

Spectantia ad electiones. Prælegenda ante electiones Electoribus congregatis, ex Conſtitutionibus noſtris. 170.
Decretum Clementis VIII. contra procurantes vota in electionibus. 172.
Forma iuramenti præſtandi ante electiones. 174.
Forma proclamandi Patres electos in Capitulis ſeu Generalibus ſeu Prouincialibus. 175.
CONSTITVTIO *Pÿ Papæ IV. ſuper forma iuramenti profeßionis fidei.* 182.
Profeßio fidei. 183.
Decretum Clementis VIII. ſuper caſuum reſeruationes ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum. 189.
CONSTITVTIO *Pauli Papæ V. qua reuocat Indulgentias quoquo modo Religionibus & Ordinibus Regularibus conceſſas: & alias Indulgentias nouas concedit.* 193.
Modus inueſtiendi Nouitios. 203.
Modus faciendi Profeſsionem. 211.
Forma celebrandi Iubileum. 218.
Modus inueſtiendi Fratres & Sorores Tertÿ Ordinis. 228.
Modus inueſtiendi puerum vel puellam ex voto parentum. 232.
Modus exuendi puerum voto completo. 236.
Modus

Digitized by Google

Modus dandi benefactoribus litteras Filiationis. 238.

Forma abſoluendi à vinculo excommunicationis Apoſtatam ad Ordinem redeuntem. 243.

Forma abſolutionis generalis & plenariæ dandæ à R. P. Miniſtro Prouinciali in fine viſitationis Fratrum. 245.

Forma abſoluendi ab omni caſu etiam pertinente ad Papam: datur Fratribus in articulo mortis conſtitutis auctoritate priuilegiorum Ordinis. 247.

Quinque Officia mortuorum dicenda à Fratribus ſecundùm antiquam conſuetudinem Religionis. 250.

APPROBATIO CENSORIS.

REGVLA *& Teſtamentum Seraphici Patris S. Franciſci cum Declarationibus Summorum Pontificum, & aliis quibuſdam ſeruientibus vſui Fratrum Minorum eiuſdem ſancti Franciſci Capucinorum*, vtiliter prælo commiſſa euulgabuntur. Actum Antuerpiæ XXIII. Nouembris M. DC. XLIV.

P. Coens S. Theologiæ L. Can. & lib. Cenſ. Antuerp.

Digitized by Google